eſt ratio quia ſimplicium eſſe nō poteſt intellectus pfecte ꝯphendere
Et ideo ex negacōibus eorum que ab ipſo remouent' manuducitur in-
tellectus ad ea aliqualiter ꝯgnoſcēda. Item in quibuſdā eſt intermia

bilitas eſſencie ſed non vite vt in corpibus celeſtibus ad quorũ drãm additur vite· De deo autem dicit ·Aug⁹· Nõ ſolus dꝛ habere in mortalitatem· In omĩ enĩ mutabili natura nõnulla mors eſt ipſa mutacio quia facit aliquid in ea non eſſe qd̃ prius erat Vnde et homo qñ naſcitur qdãmõ incipit mori In quibuſdam eſt interminabilitas vite·ſed tñ cum miſeria et infelicitate vt in demonibus et dãpnatis· Ad quorum drãz additur poſſeſſio In cui⁹ intelectu eſt iocũditas felicitatis Quia tunc poſſeſſio rei alicui⁹ dꝛ qñ ad libitum habetur· In q̃buſdã eſt intermĩabilis vite poſſeſſio· Sed tñ non tota·vt in homibus beatis añ iudicium quoꝝ eſt beatitudo ſm ꝑtem anime et nõ corpis· Ad quorum drãm dꝛ tota·quia totum eſt non dimiutum· vel cui nichil eſt extra· In quibuſdam eſt intermĩabilis vite poſſeſſio tota vt ĩ angelis beatis añ iudicium·quia ſcdm̃ totam ſui ſubſtanciam habent felicem et intermĩabilem vitam· Sed tñ non ſimul cum aliqua ſit in eis ſucceſſio reuelacionũ et gaudioꝝ· Ad quoꝝ drãm ponitur ſimul· In quibuſdam eſt intermĩabilis vite poſſeſſio tota ſimul·ſed tñ nõ ꝑfecta eo mõ nos dicimus ꝑfectum nullo indigens· ſic eſt in angelis et hominibus beatis poſt iudicium Ad quorũ drãm additur ꝑfecta·i·nullo indigẽs ad ſuum beatum eſſe· Patet ex predicta diffinicõe ꝙ tres ponũtur ibi additiones que ſunt inſeꝑabiles ab eternitate increata que deus eſt ſcꝫ intermĩabilitas ibi intermĩabilis vite poſſeſſio· Item inuariabilitas ibi tota ſimul· Nichil enĩ variabile eſt totum ſimul· Item ſimplicitas ibi ꝑfecta · Illud enĩ ſumme ꝑfectum eſt cui non eſt poſſibilis aliqua addicio· Per primum ſeꝑatur deus ab omni corruptibili· Per ſm ab omni variabili· Per tercium ab omni ꝯpoſito · Igiẗ nota ꝙ illud qd̃ caret principio et fine· Dicitur eternũ vt deus cui⁹ eſſe intermĩatũ eſt Sed que principiũ habent et fine carent dicuntur perpetua vt angeli Et ipius que vero principium et finem habent·dicuntur tempalia vt corruptibilia et vegetabilia et ſenſibilia vt bruta et h⁹mõi

De commutabilitate dei· Capl̃m·xix·

Immutabilis eſt deus·et ꝑmutabilis·et incommutabilis· Inmutabilis eſt quia non cadit in eum motus accedentalis ſcꝫ augmẽtũ Leo papa· Simplici ꝯſubſtãtiatis nature nihil addi vel minui poteſt qꝛ ſemper eſt quod eſt· Item nec diminucõ Malach· Ego deus et nõ mutor· Item nec alteracõ· Ja· Apud quẽ nõ eſt tranſmu·nec vi·ob· Item nec ſm locum mutacõ qꝛ vbiqꝫ pñs eſt·yſa· Celũ et terrã ego impleo· Impmutabilis aũt eſt qꝛ nõ cadit in eũ mot⁹ ſubſtantialis qui eſt de non eſſe ad eſſe vt generacõ qꝛ inicium non habuit Nec ille qui eſt de eſſe ad non eſſe vt corruptio qꝛ finẽ nõ habebit· Illud enĩ ſolũ in nihil eſt vertibile quod eſt de nihilo· Eſt etiã incõmutabilis eo ꝙ nõ cadit in eũ motus ex operacõe· Nam ſoli deo ꝯuenit in opacõe quietum eſſe

Vnde Boe· Stabiliſqꝫ manens dans cuncta moueri· Vnde qñ deus
facit aliquã rem non fit in ipſo deo mutacõ ſꝫ in re crca quã operat̃·
ꝙ aũt deus fecit p̄dicare ſubuerſionẽ niniue·et p̄dicere mortẽ ezechie
quoꝝ neutꝝ accidit·In talibus non mutauit deus ꝯſilium quod ab e
terno ſecum habuit ẜm ſententiã que reſpectũ ad ip̄a negocia habuit·
q² Niniue ſubuertẽda erat ẜm merita·et ezechias moriturus erat ẜm
cauſas inferiores·Sed hee non impoſuerũt neceſſitatẽ diuine potẽtie
Item tripl'r diſtinguit̃ motus ſcꝫ naturalis violentus et voluntarius
Naturalis eſt quo natural'r tendũt res ad locũ ꝓprium· Motus autẽ
violentus eſt qñ cogunt̃ res eſſe extra locũ ꝓprium·Sed motꝰ volun-
tarius eſt vt in aĩalibus qñ currũt ꝯmedunt vel opant̃· et ipſe motus
eſt medius inter motum naturalem et violentũ / q² partim eſt natura
lis ſcꝫ inq̄tum voluntas ꝯiungit̃ actui ſicut cã ſuo effectui Itẽ p̄tim ẽ
violentus inq̄tum mouent̃ mẽbra ꝯtra motũ ſuũ naturalẽ·ꝓpter quod
etiã laſſant̃·q̄ ex motu naturali nunq̄ laſſerent̃· Igit̃ p̄mo mõ motꝰ nõ
eſt in deo ſcꝫ naturalis·Et hoc ꝓpter quatuor racões· Pr̄ia eſt q² oĩs
motꝰ eſt ad quietẽ et ꝓpter indigentiã·vt dicit phũs· ſed deus nulliꝰ
eget·Secũda eſt cũ ſit vbiqꝫ nõ hꝫ neceſſe de loco ad locũ moueri Ter
cia eſt q² non eſt in eo grauitas ſeu leuitas ꝓpter q̄ ſurſum vel deorſũ
moueat̃·Quarta eſt q² cũ deus ſemꝑ in ſeip̄o maneat non hꝫ neceſſe lo
cum ꝓp̄m et ſibi naturalẽ extra ſe querere ſicut alie creature· Itẽ ſcd̃o
mõ nõ mouet̃ ſcꝫ motu violẽto q² nõ fit ei violẽtia· Job· Si fortitudo
querit̃ robuſtiſſimus eſt· Item tercõ mõ nõ mouet̃ motu ſcꝫ volũtario
q² in opacõe non laſſat̃ vt animalia·Preterea noſtra mens eſt inſtabil'
q² modo ꝑficimus mõ deficimꝰ·mõ reminiſcimur modo obliuiſcimur
modo volumꝰ modo nolumus·mõ diffuſis cogitacõibus et affectõibꝰ
atqꝫ ꝯſilijs huc illucqꝫ vagamur·Deus aũt ſemꝑ ſe hꝫ equal'r et im-
mobiliter· Item alius eſt motus circularis·alius rectus·alius obliqꝰ
Circularis eſt corpoꝝ ꝑut firmamentũ mouet̃ ẜm formam·Quidã / vt
dicit phũs non ẜm ſubſtantiã / hoc eſt dicere / ꝙ non mouet̃ ad locum
ſed in loco·Motus aũt rectus eſt ſurſum vel deorſum ẜm ꝙ corpora
inferiora mouent̃ ꝓpter leuitatem vel grauitatẽ·Motus obliquus cõ-
poſitus eſt ex circulari et recto· Vnde ꝙ flectitur hoc habet a motu
circulari · et recto· ꝙ vero linealiter mouetur hoc habet a recto· Nul
lo iſtoꝝ predictoruꝫ modoꝝ mouet̃ deus·q² ꝓprietates iſtoꝝ motuum
non ꝯueniũt ei·Poſſemus tñ dicere ꝙ iſti motus deo ꝯueniũt miſtice
vt dicat̃ moueri motu circulari omnia regendo et gubernãdo Itẽ mo
tu recto bonos remunerando· Item motu obliquo / ꝑuerſos a peccato
mundando·Eodem mõ poſſet dici ꝙ deus mouet̃ motu naturali ·quo
ſcꝫ inclita ſua bonitate omnibus creaturis ꝑ captu earum ſe communi
cat· Item motu violento quo peccatores damnat· Itẽ motu volũtario

quo ita in eſſe conſeruat vel cuncta ꝯfirmat · Sic etiam poteſt expoñ
dictum philoſophi qui aſſignat motum a centro ad centrum ⁊ circa cē
trum Quoniam deus mouetur ad centꝝ in incarnacōe·et a centro in a=
ſcenſione·⁊ circa centrū in̄ predicacōne·ꝓpter hoc et hys ſimilia·Dici=
tur in libro ſapientie ſpiritus ſanctus et mobilis ⁊ ſtabilis · Mobilis
quia facit ſanctos mobiles ad opandum ac in bono proficere·Stabi=
lis autem quia dat in bono perſeuerare·vel mobilis in via·ſtabilis in
patria·Vel mobilis in actiuis·ſtabilis in cōtemplatiuis·Vel mobilis
in alijs ſanctis·ſtabilis in criſto yſai·xi·Requieſcet ſuper eum ſpiritus
Sciendum ꝙ opaciones quedam attribuūtur deo·quedam ſꝫm cauſa
litatem ⁊ eſſenciā vt ſcire·quedam ſecundū cauſalitatem ⁊ non eſſenci=
am·vt cōmedere currere·quedam ſecundū eſſentiam et non cauſalitatē
vt creare vel iuſtificare aūcte·Quedam nec ſic nec ſic· vt peccare men=
tiri ⁊ cetera· De ſimplicitate dei· Capitulum ·xx·

Simplex eſt deus ⁊ angelus et anima·ſed differenter quia in
deo idem eſt ꝙ eſt ⁊ quo ē·⁊ hec eſt pfecta ſimplicitas Ber·
Sola increata natura hanc ſibi vendicat ſimplicitatem ut nō
aliud ⁊ aliud alibi et alibi modo eſt modo inueniat̃ in ea·Nempe qđ
habet et quod eſt ſemper ⁊ vno modo eſt·Sed in angelo et in anima
drn̄t·quod eſt et quo eſt·et ideo eſt ibi quod alteritas et ꝯpoſito·licet
ibi non ſit dimenſio q̄ʒtitatis ·Vnde mercurius · In ſuperceleſti eſt
vnitas In celeſti alteritas·In ſubceleſti pluralitas Simplex eſt itaqʒ
deus in eſſentia quia nihil ei accidens eſſe poterit ymo pfecta ſimpli=
citas ibi eſt cum non ſit ibi poſſibilis additio·quia quicquit eſt in deo
deus eſt·Vnde Leo papa·Simplici diuinitatis nature nihil addi vl̃
minui poteſt·quia ſemper eſt quod eſt·Cui proprium eſt·cui ſempiter
num eſt·cui idem eſt viuere ⁊ intelligere·Verūtn̄ multiplex eſt in do=
nis·Apl's·Alij datur ſꝫmo ſapientie ⁊c̄·Jac·Omne datum op·et om·
do·⁊c̄·Non eſt in deo ꝯpoſicio pcium integralium ſ't in domo·nec pti=
um potencialium vt in anima ·nec generis et drāꝫ vt in ſpecie·nec ma
terie et forme vt in corpibus·nec coaceruacōis vnitatum vt in numero
nec et quod eſt et quo eſt vt in angelo·nec ſubſtantie et accidentis vt
in diuiduo·nec corporee ſubſtantie et incorporee vt in homine·De his
Berñ·Non partibus conſtat deus vt deus·nec corpus non affectibꝰ
diſtat vt anima·non formis ſubſtat vt omne quod factum eſt·Itē ipm
oſtenditur ex racōe·quia cum omne compoſitum ſit poſterius ſuis cō=
ponentibus·nec primo quiſꝙ ſit prius·Oportet deum qui primum eſt
principium non eſſe compoſitum· Preterea em̄ nullum compoſitū eſt
totum ſuum eſſe·deus ergo cum ſit ſuum eſſe non erit compoſitꝰ· Vn̄
Berñ·Non eſt formatus deus·forma eſt·non eſt effectus deus\effe=
ctio eſt·non eſt compoſitus deus\ſimplex eſt·

De excellentia dei. Capitulum xxi.

D iuine dignitatis excellentia tāta eſt ꝙ mens de deo cogitās
deficit cum ſit incomprehenſibilis ſenſus eum non ꝑcipit cum
ſit inuiſibilis. linguā ipm̄ non explicat cum tn̄ ſit ineffabilis. tempus
eum non menſurat cum ſit interminabilis. Locus eum non rapit cum
ſit incircumſcriptibilis. Scriptura ipm̄ non explicat cum ſit ineſtimabi
lis. Uirtus eum non attingit cum ſit inacceſſibilis. Deſideria et vota
tranſgredit̄ cum ſit incomparabilis. Et breuiter omnis creatura ad de
um ꝯpata defectum habet. quia infiniti ad finitum nulla eſt ꝓporcio.
Ecce patet ꝙ̄ excellentia diuina non eget aliquo. quia ipe ſibi ſufficiēs
bonum eſt. Non em̄ indiget corpore vt ſic. nec loco vt alicubi. nec tēpe
vt aliqn̄. nec cauſa vt aliunde. nec forma vt materia. nec ſubſtancia in
qua ſubſiſtat vel cui aſſiſtat. Sunt eciā alia que ſoli diuine maieſtati ꝯ
ueniunt. et nulle alie creature. in quibus excellencie ſue dignitas appa
ret. ſicut eſt eſſe omnipotentem omne bonum omniſcientem. qꝛ conoſcit
omnia pn̄tia preterita et futura. et omnia ſingularia ſimul actu. Solꝰ
ꝯgnoſcit ea que ſubſunt libero arbitrio. et cogitacōes hoīm ſolus ꝯg
noſcit ſeipm̄. Item ad ipm̄ ſolum pertinet vbiqꝫ pn̄tem eſſe. de nichilo
res creare. in inſtanti operari. in operacōe quietū eſſe. miracula facere
ex autoritate. de qualibet creatura facere quod vult. voluntateꝫ hoīs
cogere. in ictu oculi mortuos ſuſcitare. eſſencie anime illabi. peccata di
mittere. graciam infundere. in igne perpetuo corpus ſeruare. Quādo
aliquid creature euenit quod ꝯpetit creatori tunc excellētius de deo
dicit̄. vt ſi in creatura eſt potentia. in deo ſit ſumma potencia. ſi ſapiā
in ipo ſit ſumma ſapiā. et ſic de alijs. Unde et huiꝰmōi dicunt̄ de deo
modo ſuperlatiuo. ꝓpter ꝙ deus dicit̄ potentiſſimus ſapientiſſimꝰ op
timus pulcerrimus dulciſſimus miſericordiſſimus iuſtiſſimus perfec
tiſſimus altiſſimus amantiſſimus mirabiliſſimus deſiderantiſſimꝰ di
tiſſimus veraciſſimus fideliſſimus et ſic de alijs. Augꝰ in libro de tri
nitate. Oportꝫ vt ſumme viuere et cūcta ſentire atqꝫ intelligere et mo
ri et corrumpi imitariqꝫ. non poſſe nec corpus eſſe ſed ipm̄ omnipoten
tiſſimū iuſtiſſimum ſpecioſiſſimū optimū beatiſſimū deum fateamur.
Poteſt et p̄ter autoritatē racō aſſignari ꝙ bona ſunt excellencius in
deo ꝙ̄ in creat̄a. qꝛ ſemꝑ eſt aliquid nobilius in cauſa ꝙ̄ in cauſato ꝛc.
Uidemus eciā ꝙ aqua purior eſt in fonte ꝙ̄ in riuo. Radij quoqꝫ ſol
luci diores ſunt in ipo ſole ꝙ̄ in aere. et dulcedo maior eſt in melle ꝙ̄
in mellico.

De notionibus dei. Caplm̄ .xxij.

N Otiones ſunt quinqꝫ videlicꝫ paternitas filiacō ꝓceſſio inna
ſcibilitas ꝯmunis inſpiracō. Prima eſt patris. ſecūda filij. ter
tia ſpūſſancti. quarta patris quinta patris et filij. Ex quibus
patꝫ ꝙ tres nocōes inſunt patri. due filio. et vna ſpūiſancto. Tres prīe

tm̄ nocões dicunt̄ perſonales eo ꝙ perſonas faciant: et eas ꝓprie di-
ſtinguant. Et ille ſole ſunt tres vnitates triū perſonaꝝ quibus ꝑſone
dicunt̄ tres. vnde licet pater habeat tres ꝓprietates. tn̄ pater p̄rnitate
eſt vnus. Pater em̄ p̄rnitate eſt indiuiſus in ſe et diuiſus ab alijs. In
naſcibilis tm̄ eſt in patre. et ſumit̄ priuatiue eo ꝙ ipe ſit a nullo. et tn̄
patrem notificat. Sic ouis non ſignata per hocp̄m diſtinguit̄ a ſigna
tis. Similr̄ ꝯmunis inſpiracõ eſt vna nocõ. et illa vnitas eſt in patre
et filio. et eſt diſtincta ab omni alia nocõe. Notandū ergo ꝙ ꝓprie lo-
quendo tres ſunt ꝓprietates ſcꝫ paternitas filiacõ ꝓceſſio qꝛ ꝑſonalis
ꝓprietas eſt que vni ſoli perſone ꝯuenit et eam ab omni alia re diſtin
guit. Relacões vero ſunt quatuor. qꝛ vna eſt patriſ ad filium ſcꝫ pater
nitas. alia eſt em̄ econuerſo ſcꝫ filiacõ. Tercia eſt patris et filij ad ſpi-
ritūſcm̄ ꝯmunis ſpiracõ. Quarta eſt econuerſo ſcꝫ ꝓceſſio. Nocões au
tem ſunt quinqꝫ. qꝛ quelibet relacõ eſt nocõ. et p̄terea innaſcibilitas q̄
patri ꝯuenit per priuacõem relacõis ad aliud principium Nocões hn̄t
multa noīa\ Dicunt̄ em̄ nocões qꝛ perſonas notificant. Dicunt̄ et di-
ſtinctões qꝛ perſonas diſtingunt. Item dicunt̄ relacões qꝛ ꝑſone per
eas ad ſeinuicē referunt̄. Dicunt̄ quoqꝫ ꝓprietates qꝛ ꝓprie perſonis
inſunt. Nota regulas nocõum. nulla nocõ de alio p̄dicat̄. Item queli-
bet nocõ eſt illa perſona cui ineſt. Item quelibet nocõ eſt eſſentia diui
na et deus. Item omnes nocões ſunt vna eſſentia. Item nulla notio
ineſt diuine eſſentie que diſtinguit nec diſtinguit̄. Item nocões ſum-
pte abſtractiue predicant̄ de eſſentia. ſed ſumpte concretiue non. Vn̄
bene dicit̄ eſſentia eſt paternitas ſed non de eſſentia generans. Item
nocõ ſemper importat dignitatem Item ſuppoſita nocõe non ſupponit̄
perſona. quia abliquid ꝯuenit nocõni quod non conuenit perſone. No
cioni em̄ ꝓprie conuenit diſtinguere. ſed perſone diſtingui.

¶ De nominibus diuinis. Capłm. xxiij.

Omne nomen quod de deo dicit̄ aut eſt eſſentiale aut ꝑſonale
aut nocõale. Eſſentialia quedam ſunt ſubſtantiuā. vt deus diuinitas
creator. et ſimilia. Quedam vero ſunt adiectiua vt bonus eternus im-
menſus et huiuſmodi. Perſonalia ſunt vt pater et filius et ſpirituſ-
ſanctus. Nocialia ſunt vt paternitas et innaſcibilitas ꝛc. De his notā
dum ꝙ nomē eſſentiale ſubſtantiuum et abſtractiuum nullomodo po
teſt trahi ad ſupponendum pro perſona. vnde falſe ſunt hee. Eſſentia
genuit eſſentiam. vel deitas deitatem. vel diuinitas diuinitatem. Sed
concreta licꝫ ſint eſſencialia trahi poſſunt ad ſupponendum ꝓ perſona
Et hoc per hec verba nocionalia vel propoſitiones nocionales. Vnde
iſte vere ſunt. Deus genuit deum. creator creatorem. vel deus de deo
Similiter de noībus que media ſunt. vt lumē de lumīe Itē hoc nomē
ſapīa lꝫ ſit abſtractū tn̄ p̄t ex vſu ſumi quaſi ꝯcretū. vt ſapīa de ſapīa.

Eſſentialium aũt adiectiuoꝝ\quedam p̄dicant pure eſſentiã diuinam
vt bonus et ens. Quedam diuinam eſſentiã ↄnotando priuacõem prin
cipij et finis vt eternus. vel certe menſure localis vt immenſus. Que-
dam principaliter ſignant diuinam eſſentiã ⁊ connotant effectũ in cre
atura in actu vt creat iuſtificat. vel in habitu vt iuſtus miſericors \vel
in potentia vt oĩpotens. Sunt quedã verba quoꝝ nec ſignificacõ nec
modus ſignificandi deo ↄuenit vt currere ambulare. Quedã ſunt quo
rum ſignificacõ deo ↄuenit. ſed nõ modus ſignificãdi vt creare facere
Quedam ſunt quoꝝ ſignificatio et modus ſignificandi deo ↄuenit vt
patet in hoc verbo eſt. Exo. Qui eſt miſit me. Notandũ ꝙ oĩa que ſũt
pfectionis de deo vere dicunẗ. que aũt imperfectõis ſunt. aut non di-
cunẗ. aut ſm aſſumpcõem humane nature dicunẗ. vel tranſlatiue. Itez
in diuinis ſunt duo modi p̄dicandi ſcꝫ p modũ ſubſtantie et relacõis.
ſed ſubſtantia continet vnitatem. et relacio multiplicat trinitatem ꝛc.
Noĩa quedã dicunẗ de deo eternalr̃ vt dñs et miſericors. q̄ ↄnotant
effectũ in creatura ſm habitũ. Quedã tpalr̃ vt dñator et miſerator q̄
ↄnotant effectum in actu. Quedã pluralr̃ vt perſone. Quedã ſingulr̃\
vt deus. Quedã ꝓprie vt ꝓpetates perſonaꝝ. Quedã appropriate \ vt
potentia et ſapĩa. Quedã poſitiue vt iuſtus oĩpotens. Quedã priuatie
vt immortalis. et hec magis ꝓprie dicunẗ de deo q̄ꝫ poſitiua qꝛ meli⁹
dr̃ de deo ꝙ non ſit q̄ꝫ quid ſit. Quedã tranſlatie ſicut que ſymbolice
dicunẗ vt agnus leo. Quedã collectiue vt trinitas trinus. Quedam re
latiue vt equalis ſimilis Quedã reſpectiue ad creaturas vt creator re
fugiũ. Et hec noĩa non dicũt relacõem dei ad aliud. ſed alioꝝ ad deũ.
Duo ſunt principalia dei noĩa ſcꝫ. qui eſt. et. bonũ. per primũ ſignificaẗ
eſſe dei abſolutũ in ſe. et ſic ↄſideratur vt infinitum. qꝛ qui dicit ſub-
ſtantiam infinitã cũ ſit nomen infinitum. Per ſecũdũ notaẗ eſſe diuinũ
vt cauſa. Fecit eñ deus oĩa ꝓpter bonitatẽ ſuã. In theologia ſupponiẗ
quid. et hoc p noĩa eſſẽtialia vt deus deitas diuinitas potentia natura
et eſſentia. Item ſupponitur\quis. vt cum ſupponiẗ perſona. Item ſup-
poniẗ que. cũ ſupponiẗ notio. Preterea per neutꝝ genus dr̃ ſubſtantia
diuina. per maſculinũ perſona. per femininũ notio. Per hoc patet ꝙ ñ
debet in ymno cantari. Unus patri cũ filio. ſed vnum patri cũ filio. qꝛ
pater et filius non ſunt vnus in perſona ſed vnum in ſubſtantia. Ergo
magis cantandum eſt. vnum patri q̄ꝫ vnus.

¶ Nõ deus eſt ineffabilis. Capitulum .xxiiij.

Nihil digne vel proprie de deo dici poteſt propter eius excel-
lentiam. Non enim per nomina de deo proprie loquimur. quia
noĩa ſignificãt ſubſtantiã cũ q̄litate. et ita intelligiẗ ibi ↄpoſicõ forme
cũ materia q̄ in deo ñ ẽ. nec p ꝓnoĩa q̄ de deo dcã cadũt a dmõſtracõe
Non eñ poteſt ibi eſſe demonſtracõ ad ſenſum cũ ſit incorporeus Nec

demonſtracõ ad intellectū cū ſit incognoſcibilis. Si ergo dicis ꝙ h⁹ modi ꝑnoīa ſm Priſti. Si cadūt a demonſtracōe caſſa erūt et vana. Dicendū ꝙ ibi eſt demonſtracō ad fidem Nec ꝑ verba que cū modis et formis cū tpe ſine caſu agendi vel patiendi ſignificatiua ſunt. ſ3 talia non cadūt in deū. Nec ꝑ participia cū ſequanť naturā nois et verbi. Nec ꝑ alias parteſorõnis q2 non ſunt ſubiicibiles nec ꝑdicabiles. Ex his patet ꝙ deū notificare non poſſumus ꝑ diffinicõem ſ3 qualr cunq3 ꝑ circulacõem. Vñ Berñ. Quid eſt deus ex quo oīa. in quo oīa ꝑ quē oīa. Quid eſt deus \ quo nihil melius cogitari poteſt. Quid eſt deus \ volūtas oīpotens. beniuolentiſſima virtus. lumen eternū. incommutabilis rō. ſumma beatitudo. inuiſibilis et inacceſſibilis in ſe. in ſuis ſpectabilis. et ſolus mirabilis ¶ Multis modis aſſeriť aliquid de deo Prīo ꝑ ſynderiſim que dictat ꝙ vn⁹ eſt deus \ remunerator bonoꝝ et punitor maloꝝ. Secūda ꝑ fidē qua deū credim⁹ eſſe vnū in ſubſtātia. et trinū in ꝑſonis. Tercō ꝑ ſacrā ſcripturā. Quarto ꝑ rōnes ꝓbabiles. Quīnto ꝑ ꝑdicacõem exteriorē. Sed his duobus vltimis modis nō ē innitendū niſi firmitatē habeant ab aliquo tlm ꝑdictoꝝ. Eſt em̄ regła ꝙ quicūq3 aſſerit de deo aliquid quod nō eſt ſibi certū ꝑ ſynderesim vel ꝑ naturalē rōnem vel ꝑ fidē vł ꝑ ſacrā ſcripturā \ ꝑſumit et peccat

¶ De ydeis et libro vite. Capitulum xxv.

Ydee reꝝ et exemplar et rōnes ſic in deo ſunt \ ꝙ ydea imptat cauſam efficientē ꝯformē effectū. ſ3 exemplar cauſam formalē Racō vero cām finalē. De⁹ em̄ oīm reꝝ eſt principiū a quo ſunt. et forma exemplaris ad cuius imitacõe3 ſunt. et finis ad quē ſunt. Hec tria ſic a ſe dr̄nt ꝙ exemplar vnū eſt \ q2 exemplar cōnotat cauſalitatē. cauſata vero in cā ſunt vnū. ſ3 rōnes et ydee plura ſunt. q2 iſta reſpectu rerum dicūť. Sūt itaq3 plr̄es ydee q2 ꝯnotāt ꝯgnicõem. Cognoſcibilia aūt diſtinguūť in ꝯgnoſcente. Silr̄ et rōnes in deo plr̄es ſunt \ q2 ſingła creata ſunt ꝓpriis racōibus. Abſurdū ē em̄ dicere vt dicit Aug. Equū ea rōne creatū qua hoīem. Dicēdū eſt ergo ꝙ licet racōes in deo vel ydee ſīnt vna veritas et vna lux et eſſentia dicūť tñ plr̄es racōnes et ydee ꝓpter plr̄itatē ydeatoꝝ. Cui⁹ exemplū habes in naťis. Videm⁹ em̄ ꝙ oēs linee circłi vniunť in centro. Remote aūt a circło dr̄nt ab inficē Sūt aūt ydee \ vt dicit Aug. forme principales reꝝ q̄ diuīa intelligentia ꝯtinenť. Dicendum eſt ergo ꝙ ſicut in mente artificis pri⁹ eſt forma rei q̄ in op⁹ exeat. Sic ydee reꝝ añ mōi ꝯſtõem in mēte creatoris erāt. Nō em̄ aliquid extra ſe inſpiciebat ſm qō mōm faceret. Ex hoc pat3 ꝙ oīs creaťa pri⁹ mōo extitit q̄ in ſeipā. vñ cū lib ea ꝑ creacō3 ꝓceſſit ab ipō quodāmō diſtare cepit Vñ rōnalis creaťa ad ipm̄ redire d3 cui prīo ꝯiūcta fuerat et añq̄ eſſ3. et hoc ꝑ ideas q̄ ñ aliō q̄ ipē de⁹ ſc̄r erāt. ſic aūt ad locū vñ exeūt flumina reuertūť. res aūt ꝑut ſūt i deo

dicunꝫ vita que importat rõem boni. Joh. Quod factũ eſt in ipo vita
erat. Dicũtur et lux que importat racõem veri. Aug⁹. ſup. Geñ. Crea
ture in deo ſunt lux. hec aũt ideo dicũtur. quia in deo nõ ſunt neqꝫ ma
la neqꝫ falſa. Differentia eſt inter exemplar et librum vite et ſpeculũ.
Exemplar nanqꝫ dr̃ reſpectu rer̄ vt exeuntiũ. Liber vite reſpectu rer̄
vt redeuntiũ. Sꝫ ſpecl̃m reſpectu rer̄ vt euntiũ. De libro vite. Hugo
de ſan. vict. ſic dicit. Liber vite eſt cuius origo eterna\ incorruptibilis
eſſentia\ ꝯgnicõ\ vita\ ſcriptura indelibilis\ inſpectõ deſiderabilis\ do
ctrina facilis\ ſcia dulcis\ ꝓfunditas impſcrutibilis\ verba innumerabi
lia\ tñ vnum verbum oĩa. Anima vero moralr̃ loquẽdo multiplr̃ eſt in
deo. ſcꝫ ſicut ramus in arbore\ apis in flore. nauis in littore\ feſſus in
thalamo\ theſaurus in agro\ ſcriptura in libro\ obſeſſus in caſtro\ aui-
cula in nido\ piſcis in riuo\ quelibet res in ſibi ꝓprio vel vi ꝓpria\ ſtella
in firmamento\ ymago in ſpeculo\ cera in ſigillo\ gemma in auro\ et
mel in fauo. ¶ De appropriatis diuinis perſonis. Ca. xxvj.

Quamuis oĩa eſſentialia oĩbus perſonis equalr̃ ꝯueniãt. appriãtꝫ
tñ patri potentia. filio ſapĩa. ſpũiſancto bonitas. Et hoc eſt ꝓ-
pter excluſionẽ carnalis intellectus. ne videlicꝫ pater racõe antiq̃tatis
credatꝫ impotens. Et ne fili⁹ rõe iuuentutis credatꝫ inſipiens. Et ne ſpi
ritusſanctus rõe impetuoſitatis credatꝫ crudelis. Hec rõ ꝑtinet ad ſim
plices. alia ad ſapientes ſcꝫ q2 potentia naturalr̃ p̄cedit ſapĩam. ⁊ vtr̄
qꝫ bonam voluntatẽ. De attributis itaqꝫ dupl̃r eſt loqui. aut ꝫm rem
ſic omnio idem ſunt nec appropriantꝫ. aut ꝫm rõnem\ ſic eor̄ quedã ap
ꝓpriantꝫ\ quedã non. Nam appriacõ nõ eſt aliud q̃ ſpecialis attribucõ
rõne alicui⁹ ꝯformitatis cũ ꝓprio illius perſone. ſicut hꝫ ſilitudinẽ po
tẽtia cũ pr̃e qui eſt principiũ vniuerſale. et ſapĩa cũ verbo. et boĩtas cũ
amore. Predictã appriacõꝫ hꝫ ꝯſuetudo ſcripꝫe q̃ opa manifeſtantia\
potentie attribuit patri\ ſapĩe filio bonitatis ſpũiſctõ. Alia eſt appacõ
Hyla. talis. Eternitas eſt in pr̃e q2 nõ hꝫ principiũ incipiẽdi. nec princi
piũ eſſendi ab aliquõ. Spẽs in ymagĩe. i. in verbo q2 ſum̃e pulcr̄. vſus
in munere. i. ſpũſcõ\ q2 ſum̃e ꝓficuũ et ꝯmũicatiuũ. Iſtud ꝑ alia verba
ſic inſinuat Aug⁹. In pr̃e vnitas. in filio eq̃litas. in ſpũſcõ vnitas. eq̃li
tatis ꝯcordia. Conueit aũt pr̃i vnitas. q2 ſicut vnitas a nullo deſcẽdit
et oĩs plr̃itas ab ea defluit\ ſic de⁹ pr̃ a nullo eſt. et alie ꝑſone ab ipſo
ſunt. Preterea ſic̃ vnitas de ſe gignit ĩ vnitatẽ. ita pr̃ de ſe gignit alter̄
ſe. i. filiũ In filio vero dr̃ eẽ eq̃litas q2 eq̃ꝫ pr̃i ñ ſolũ in potẽtia ſapĩa
et boĩtate ſꝫ etiã ĩ hoc q2 ſic̃ pr̃ dat ſuã boĩtatẽ alteri ꝑſone\ ſic et fili⁹
In ſpũſcõ aũt ẽ vnitatis eq̃litatiſqꝫ ꝯnexio q̃ ẽ amor ãbor̄ pr̃is. ſ. et fi.
Item quarta appropriacõ eſt\ q̄ in patre eſt racõ principiãdi et origi-
nandi. q2 ſumme principiũ In filio vero rõ exemplificãdi q2 ſum̃e pul
crũ. ſꝫ in ſpũſcõ rõ faciẽdi q2 ſumme bonum et proficuum.

De potentia dei Capitulum· ·xxvii·

Potentia dei duplex eſt ſcȝ abſoluta et ordinata· Multa vero poteſt primo modo·que non poteſt ſecundo modo·quia multa ſubſunt ſue potentie que non congruunt ſibi vt nunc facere poſſet tñ facere ea congruentia et ſi poſſet illa facere·Deus poteſt facere omnia omnibus modis quia poteſt pducere non ens in eſſe· et hoc p creationem Item poteſt ex incompleto completum facere·et hoc per ppagationem· Item poteſt mutare vnum completum in aliud completum ſicut in tranſſacōe panis in corpus xpi·De talib⁹ dicit Aug⁹·Dem⁹ deo aliquod poſſe·et nos intelligere non poſſe Potētia dei apparet in mundi inicio·et in medio·ac in fine· In principio quidem quia res de nihilo creauit· In medio autē quia res ne in nihilum vertantur ſua potentia continet· In fine vero quia mortuos mira celeritate ſuſcitabit· Apparet quoqȝ dei potentia in rebus ſpiritualibus quia cum dyabolus poteſtatem habuit in nobis immutandi ſenſum et fantaſiam· Angelus etiā cum poteſtatem habeat ſuper hoc·ꝛ inſuper intellectum immutandi·Solus deus habet poteſtatem non ſolum ſuper tria predcā ſed poteſt etiam mutare voluntatem·Aug⁹·ꝙ deus nos puenit vt velimus\et ſequitur\ne fruſtra velimus·Licet deus omnipotēs ſit tñ nō attribuūt ei act⁹ culpabiles vt mētiri et male velle· nec penales vt metuere dolere·nec corpales vt dormire ꝯmedere et ambulare niſi forte tranſſumptiue· Nec actus inconuenientes· Qui poſſunt eſſe tripliciter·Primo ſi aliquis actus contradicit diuine potentie\ vt eſt facere maiorem ſe·Secundo ſi contradicit eius veritati vt eſt facere aliquid ſimul eſſe vel non eſſe·vel ꝙ pteritum fiet futurum· Tercio ſi contradicit eius bonitati vt damnare petrum ſaluare iudam· De his Anſhel· Quodlibet inconueniens etiam minimū eſt impoſſibile apud deū· Horum autē hec eſt racō·quia potentia dei cum ſit pfectiſſima·nec eſt de nihilo·nec eſt ſub aliquo· nec eget aliquo· Unde non poteſt deficere peccando·nec ſuccumbere patiendo·nec egere ſubſidium in tempor⁹ querendo·ac per hoc nec culpabilia nec penalia nec materialia poteſt Dicendum quoqȝ ꝙ deus poteſt omnia vel per ſe vel per creaturam illa dico omnia que poſſe eſt pure potentie·hoc autem ideo dicitur qꝛ poſſe peccare non eſt potentie ſed infirmitatis· Deo autem competit perfectum poſſe et perfectum dominium·De quo Dyo·Dominatio ē non peiorum exceſſus tantum·ſed etiam omnium pulcrorum ꝛ bonorū omnimoda ꝛ perfecta poſſeſſio firma\ꝛ non valens cadere fortitudo· Notandum ergo ꝙ quedam operacōes attribuuntur deo ſm cauſalitatem ꝛ eſſentiam vt ſcire·Quedam ſm cauſalitatem ꝛ non ſm eñtiaȝ vt comedere et currere·Quedaȝ ſm eñtiaȝ et non ſm cauſalitatē vt iuſtificare creare·Quedam net ſic nec ſic attribuuntur ei vt peccare·

De virtute miraculorum. Capitulum. xxviij.

Quoniam p diuinam potentiā fiunt miracula. ideo de miraculis eſt agendum. Auguſtinus illud vocat miracl'm . quicquid arduū aut inſolitū ſupra ſpeciē vel facultatē admirantis apparet. Ad hoc ꝙ aliquid ſit miracl'm quatuor ɔcurrūt. Primum eſt ꝙ ſit a deo. Secūdum eſt ꝙ ſit pter exiſtentiā nature contra cui⁹ ordinē fiat. Tercium eſt ꝙ ſit euidens. Quartum ꝙ ſit ad fidei roborationem. Unde ſi aliquod iſtoꝝ quatuor defuerit mirum poteſt dici et non miraculū. Nota ꝙ quedā ſunt ſupra naturam. quedam ɔtra naturā. quedā preter naturam. Supra naturam ſunt illa quibus non eſt ſimile in natura nec etiā in potentia nature. ſicut eſt virginem parere. Contra naturā vero ſunt que fiūt vſu contrarie nature tñ terminanť ad ɔforme naťe. ſicut eſt ceci illuminatio Sed pter naturam ſunt que ſunt ordine ſimili nature. non tñ p principiū nature. vt in mutacōe virgarum in ſerpētes qꝛ illud potuiſſet fieri ordine nature per longam putrefactionem cum ibi eſſent rationes ſeminales. Uerūtñ ibi non fuit opatio nature \ miraculum fuit. Res qñqꝫ pducitur ab agente ſimiľr ſucceſſiue hoc attribuitur nature et dicitur naturale. Qñqꝫ pducitur ab agente diſſiľi repente. hoc attribuitur angelis \ et dicitur mirabile Qñqꝫ. pducitur ab agē te diſſimili in inſtanti. hoc attribuiť deo \ et dicitur eſſe miraculum. Sciendum ꝙ qñqꝫ potentia aliqua et actus eius eſt naturalis. ſicut viſus et videre. Quandoqꝫ potentia eſt miraculoſa et actus naturaľ. vt quando cecus illuminatus vidit. Qñqꝫ vtrunqꝫ eſt miraculoſum \ vt partus virginis. Nota ꝙ miracula vel mira quandoqꝫ fiūt tm̄ in ente vt ſtatio ſolis et eius retroceſſio. Quandoqꝫ fiunt in vegetabili \ ſicut qñ virga aaron floruit. Quandoqꝫ in ſenſibili \ ſicut fuit in locutione aſine balaan Quandoqꝫ rationabili \ ſicut fuit in ambulatione claudoꝝ auditione ſurdoꝝ. ſuſcitatione mortuorū. et partu virginali. Ut ſciam⁹ qñ aliqđ fit miracl'm; Nota drñam inter rōnes cauſales et ſeminales. ⁊ naťales. qꝛ rō cauſalis eſt potentia paſſiua creature abſqꝫ omni diſpoſicōe vt ſolūmō deus ex ea faciat qđ vult \ ſicut fuit in partu virgiſ et in talibus eſt miracl'm ſimpľr. Ratio aūt ſeminalis eſt potentia paſſiua creature ſꝫ cū diſpoſicōe remota cauſa. ſicut fuit in virgis de quibus facte ſunt ſerpentes. et hoc factū fuit in inſtanti. Natura aūt cum idem feciſſet ſꝫ non niſi paulatim p longā putrefactōem. Unde patet ꝙ ea que fiunt ſm racōes ſeminales ptim ſunt naturalia. partim ſunt miraculoſa. Ratio naturalis eſt potentia cum diſpoſicōe ꝓpinqua. ſicut patet in materia qñ eſt in vltima diſpoſicōne vt formam recipiat. ſm hunc modum eſt racō naturalis in grano ſeminato ad productionem ſegetis. vnde hoc non eſt miraculum.

Scit deus omnia pñtial'r ¶ De ſcientia dei. Capl'm. xxix.
s et ſimul perfecte quoqȝ et immutabiliter. Preſentialiter di-
co hoc eſt ita lympide ac ſi cuncta eſſent pñtialiter exiſtentia.
Simul etiam ſcit omnia. qꝛ videndo ſe qui ſibi pñs eſt omnia videt.
Perfecte quoqȝ qꝛ ꝯgnicio eius nec poteſt minui nec augeri. Scit eti
am immutabiliter. qꝛ noſcit omnia per naturam ſui intellectus qui eſt
immutabilis. Dicendum ergo ꝙ deus ꝯgnoſcit omnia tꝑalia eterna-
liter. mutabilia immutabl'r. contingencia infallibil'r. futura pñtialiter.
dependentia īdependēter. creata increate. alia a ſe. in ſe et ꝑ ſe. Nota
differentiā inter ſciam dei et angeli et hominis. qꝛ deus ſcit omnia ſi-
mul. videt em̄ multa vno id eſt ſeipſo. Vnde in viſione dei nō differt
quod videt. et ꝑ quod videt. qꝛ videt ſe ꝑ ſe. ⁊ in ſe videt omnia. Cri-
ſtus aūt ſm̄ ꝙ homo eſt ſcit omnia que ſcit deus ſed non ita limpide
ſcia ſcȝ viſionis. Angelus autē difformē habȝ intellectum. id eſt illa q̄
ſcit illa ſcientia que eſt in verbo ſcit ſimul et actu. ſicut deꝰ licet neſciat
omnia que ſcit deus. ſed homo vnum ſolum ſcit actu. quia licet videat
multa. illa tñ nō videt vno ſed multis ſcȝ ꝑ multas rerum ſimilitudies
Sapientia dei licet in ſe non diuerſificetur\ diuerſa tñ ſortit' nomina.
Inꝙtum em̄ ſapiētia dei cognoſcitiua eſt poſſibilium dicitur ſcientia\
ſiue cognitio Item inꝙtum eſt cognoſcitiua omniū que fiunt in mūdo
dicitur viſio. Item inꝙtum eſt cognoſcitiua futurorum dicitur preui-
ſio. Item inꝙtum eſt cognoſcitiua eorū que ab ipſo deo facienda ſunt
dicitur diſpoſitio. Item inꝙtum eſt cognoſcitiua premiandorum dicit'
predeſtinatio. Item inꝙtum eſt cognoſcitiua damnandorum dicit' re-
probatio. Cognitio diuina cum dicitur perfectiſſima cognoſcit omnia
diſtinctiſſime ſub omnibus diſtinctionibus ſeu cōditionibus quas res
habent. et ꝓpter hoc futura ſcit eſſe futura. et preſentia preſentia. ⁊ bo
na approprianda\ malaqȝ reprobanda. Si aūt ſcire voluerit qualiter
deus cognoſcat mala. Notandum ꝙ ꝯtingit aliquid cognoſci duplici-
ter. aut per ſpeciem propriam aut per ſpeciem aliēnam. Primo modo
cognoſcitur habitus. ſecundo modo priuatio. Item primo modo cog-
noſcitur lux. ſecundo modo tenebre. Eodem modo dicendum eſt ꝙ pri
mo modo ꝯgnoſcitur bonum. ſecundo modo cognoſcitur malum ſcilicȝ
per ſpeciem oppoſiti habitus. Vnde dicendum eſt ꝙ deus cognoſcit
bonum per vnicum medium ſcilicet per eſſentiam propriaȝ. mala vero
quaſi per duplex medium. Nam per eſſentiam ſuam cognoſcit habitū
oppoſitum malicie. Et illo habitu mediante vt eſt in ipſo deo cogno-
ſcente cognoſcit eius defectum. Et ideo dicitur mala a longe cogno-
ſcere.

De predeſtinatõe dei. Capitulum. xxx.

Predeſtinationis diffinitões aſſignant̃ quatuor. ſm̃ Auguſt.
Prima enim p̄deſtinatio eſt \ preſcientia beneficioꝝ dei. Secun-
da eſt p̄deſtinatio p̄ordinatio alicuius ad gloriam. Tercia eſt p̄deſtina
tio ꝓpoſitum miſerendi. Quarta eſt p̄deſtinatio ꝑparatio gratie in p̄ñ
ti et glorie in futuro. In prima diffinitõne notat̃ diuina p̄cognitio. In
ſecunda electio. In tercia voluntas. In quarta directio in finẽ. Prede
ſtinationis cauſa efficiens deus eſt. ꝙtũ ad effectus cõnotatos in no
mine p̄deſtinatõis. Materialis aũt eſt ille qui p̄deſtinat̃. Sed formal̃
eſt modus vel ordo p̄deſtinatõis q2 primo datur gr̃a. poſt hoc gloria.
Cauſa finalis eſt vt ſimꝰ ſancti et immaculati. Nota differentiã inter
hec quatuor \ quas ponit Apl̃s ad Ro. viij. ſcz vocacõem \ iuſtificacõez
p̄deſtinacõem \ magnificacõem. q2 vocatio retrahit a malo. iuſtificatio
reſpicit iniciale bonũ gr̃e. p̄deſtinatio reſpicit gr̃e bonum finale. mag-
nificatio vero eſt bonũ future glorie. Vel dicas ꝙ p̄deſtinatio gr̃am
ꝑparat. vocatio gr̃am offert. iuſtificatio illã confert. ſed magnificatio
eam ꝑ gloriam multiplicat. Sciendũ ꝙ p̄deſtinatio non infert rebus
neceſſitatem. ſicut verbigr̃a. Deus ſcit ſi iſte eſt ꝯmeſturus hodie \ vel
non. nihilominus ille poteſtatẽ hꝫ ꝯmedendi. et manũ ad os porrigẽdi
Quã ſi p̄deſtinatio rebus neceſſitatem imponeret multa ſequerentur
inconueniẽtia. Nam fruſtra ꝓponerent̃ bonis p̄mia \ et malis ſupplicia.
Item iniuſte remunerent̃ boni \ vel punirent̃ mali. Item maloꝝ nr̃oꝝ
deus auctor eſſet Item nec ſperandi aliquid. nec ſupplicandi vlla racõ
eſſet. Item euacueret̃ libertas arbitrij que ſe habet ad vtrũlibet. Itez
nec bona facientes eſſent laudabiles. nec mali vituꝑabiles. Sciendũz
tñ ꝙ hoc eſt duplex. Si deus preuidet hoc neceſſe eueniet. q2 ꝯiuncti
natura eſt vera. diuiſim falſa. et eſt ibi neceſſitas ꝯſequentie et non cõ
ſequentis. Habemus exemplũ Boe. in li. de ꝯſo. Si aliquis videt ali-
quẽ faciẽtẽ rotã neceſſe ꝙ ille faciat rotã. nec tñ viſus eiꝰ cã ẽ factõis
illiꝰ. Sic deꝰ p̄uidet mala iſtiꝰ opa. nec tñ eſt cã q̄re male opet̃. veꝝ tñ
fiet ſi p̄uiſum eſt. Item due ſunt pagine libri vite. Vna eſt p̄ñtis iuſti
cie a qua poteſt quis deleri Alia eſt diſpoſitionis eterne. de qua nullꝰ
delebit̃. Differentia eſt inter p̄deſtinatõem et p̄ſcientiã. Quia p̄deſti-
natio eſt p̄cognitio bonoꝝ cum cauſalitate eorũdem. Sed p̄ſcientia di
cit p̄cognicõem reſpectu maloꝝ ſine cauſalitate. que potius reſidet pe-
nes liberꝝ arbitrium Cum dr̃ a ſanctis ꝙ p̄deſtinatio oracõibus iuuat̃
non eſt ſic intelligendũ ꝙ tꝑale cauſet eternum. ſed ꝙtum ad effectuz
p̄deſtinacõis iuuat oratio ſcz ꝙtum ad gr̃am et gl̃iam. q2 ſm̃ illa libe
rum arbitriũ bene cooꝑat̃ p̄deſtinationi. Vnde ſicut deus aliquẽ ſal-
uandum p̄uidet. ſic ⁊ modum quo ſaluari debeat. ꝓpter quod ſtultꝰ eſt
qui dicit. volo facere quid placuerit. q2 ſi ſaluari debeo ſaluabor. vel ſi

dam̄nari debeo dam̄nabor.ſicut ſtultus eſſet infirmus qui diceret.vo
lo comedere et bibere quod placuerit quia ſi curari debeo curabor.vel
ſi mori debeo moriar. Sic em̄ eſſent inutiles medicine ſane ſi deus per
mittit liberꝝ arbitriū ꝙ ſe habet ad vtrūlibet in malū cadere hoc non
ꝑmittit niſi iuſte. Rurſus ſi per grām perueniat nulli facit iniuriā . cū
ergo de⁹ malos dānat et reprobat opatˀ ſcḋm iuſticiaꝫ. Qū vero ꝑdeſti
nat agit ſcḋm grām et miſericordiam q̄ non excludit iuſticiam.

De preſciencia dei et reprobacione. Capl'm. xxxi.

Reprobacō eſt vt ait Aug⁹. ꝑſcia iniquitatis quoꝝdam et pre
paratio damnacōis eorūdē. Vn̄ nota ꝙ in reprobacōe tria ſunt. Vnū
eſt ꝑuiſio iniquitatis ab eterno. Alterꝝ obduracō.i.ſubtractio gracie ī
ꝑn̄ti. Terciū ꝑparacō pene eterne in futuro.ſicut econtra in ꝑdicta pre
deſtinacōe ſunt tria contraria. Sed in hoc eſt differentia. qꝛ ꝑdeſtina
tio ꝑparat glīam ſcḋm beneplacitū.ſed reprobacō ꝑparat penam ſcḋm ex
igenciā meritoꝝ. De obduracōe ſciendū ꝙ tranſlatiue dꝛ ad ſilitudi-
nem obduracōis in corporibus. Duriciam aūt corpoꝝ ſequitˀ triplex ꝓ-
prietas. Primū eſt inhabilitas ad ſuſcipiendū impreſſionem. Secūdū
eſt ſtabilitas ad ꝑmanendum in ſe. Terciū eſt fortitudo ad reſiſtendū
His modis dꝛ cor obdurare triplr̄. Vno mō ꝑ inhabilitatem ad ſuſci-
piendā grām. Secundo ꝑ firmā adheſionem ad peccatum. Tercio mō
ꝑ rebellionem diuinaꝝ inſpiracōnum et mandatorum.

De voluntate dei Capl'm xxxii.

Voluntas dei duplex eſt.ſcꝫ voluntas beneplaciti.⁊ eſt duplex
antecedens que ſepe non expletˀ. et cōueniens ſiue cōſequens.hec nūꝙ̄
remanet inexpleta. Alia voluntas ſigni.hec q̄nq̄ꝫ remanet inexpleta.
Volūtas beneplaciti dei cōſequens eſt recta efficax et irreꝑhenſibilis
vnde qꝛ eſt recta nullus eſt rectus niſi cōformetˀ ei. Item qꝛ eſt efficax
nihil ſine illa poteſt effici.nihil cōtra illam poteſt fieri. per nulluꝫ pōt
impediri. Item qꝛ eſt irreprehenſibilis.nihil precipit aut ꝑmittit niſi
iuſte.nihil agit aut cōſulit niſi bene. Signa beneplaciti volūtatis ſunt
quinqꝫ videlicet.precepcō ꝓhibicō cōſilium ꝑmiſſiō et opacō. Contra
tria prima poteſt aliquid fieri qꝛ ſe habent vt inferius. Sed cōtra vl-
tima duo ſcꝫ ꝑmiſſionē et opacōem nihil pt̄ fieri.qꝛ ſe habent vt in fa
ctum eſſe.et quod factum eſt.non poteſt non fieri. De his ſignis nota
ꝙ ꝑceptū dicit obligacōem ad faciendū bonū. Prohibicō notat obli-
gacōem ad vitandū malū. Conſiliū dicit doctrinā ꝑ quā ſcim⁹ ꝙ illud
quod cōſulitˀ ſi fiat affert premiū.ſi nō fiat affert ſuppliciū. Permiſſio
dicit priuacōem cohibicōis.et eſt ſignū diuine uoluntatis nō reſpectu
mali qđ ꝑmittitˀ.ſꝫ reſpectu boni qđ ex malo ꝑmiſſo elicitˀ. Nō em̄ per
mittit deus malū fieri niſi ex eo bonū eliciat. vt patet in temptacōib⁹
dyaboli qui ſanctis cōſunt multiplr̄. Preterea ſi nō eſſꝫ malū non eſſꝫ

in bono niſi pulcritudo abſoluta. Nūc vero ꝓpter ꝯpacōem ad malum
clarius eluceſcit. Ꝯpacō notat factōem in re ꝑ quam refert̄ creata ad
creatorem ¶ De ꝯformitate voluntatis noſtre ad deum. Sciendū eſt
ꝙ ſi hanc attendimus in forma volendi tunc ſi volumus habere mer-
cedem noſtri opis oportet ꝙ ſemper ꝯformet̄ ei in forma volendi. Si
aūt querit̄ vtꝝ abſolute teneamur. ad hoc dicendū ꝙ eſt ꝯformitas ī
actu ad quā non tenemur niſi habita caritate. et nec tunc niſi ꝓ tpe et
loco. Vnde qn̄ quis cogitat articulos fidei tenet̄ credere qn̄ cogitat.
dei bonitatem tenet̄ diligere Eſt aūt alia ꝯformitas in habitu ad quā
non tenet̄ quis niſi qn̄ actu bonitatem dei recogitat. qꝛ tunc tenet̄ ſe
ad caritatem ꝑparare. De ꝯformitate aūt in volito ſciendū. ꝙ volun-
tate ſenſualitatis non tenemur ꝯformari volūtati diuine. neqꝫ in voli-
to. neqꝫ in modo volendi Sed voluntatē racōis deliberatam tenemur
deo ꝯformari in volito ꝙ ꝯſtat nobis deum abſolute velle Si vero n̄
ꝯgruit nobis q̄uis ſit bonum in ſe non vult deus illud nos velle. Vn̄
non tenemur velle niſi q̄tum volitum eſt a deo. ſicut ſi ſcio deum velle
mortem patris mei. tn̄ poſſum eius vitam velle et laborare ad hoc. qꝛ
deus non vult me velle ꝯtrarium. Item voluntate ꝯdicionata non te-
nemur deo ꝯformari. vt qn̄ pluit vellemus ꝙ nō plueret ſi deus vellꝫ
ꝙ volendo ꝯdicionat̄ non diſcordamus a voluntate dei. qꝛ hoc nō eſt
velle ſimpl'r. Item illud quod deus non vult ſimpl'r et abſolute vt ſen
tenciam ꝯminacōis quā aliqn̄ mutat qn̄ merita mutant̄ non tenemur
velle. Conformitas diuine voluntatis quadrupl'r pt ꝯſiderari ſm ha
bitudinem quatuor cauſaꝝ. Pr̄io ſm cām materialē vt qn̄ idem eſt vo
litum quod ſe habet vt materia. circa quod eſt act⁹ volūtatis. Et ideo
iſta ꝯformitas eſt ſm quid tm̄ et nō ſimpl'r. qꝛ eſſe ſimpl'r nō eſt a ma
teria Scđo modo accipit̄ conformitas ſm cauſam efficientem. ſicut qn̄
quis vult hoc quod vult deus ipm̄ velle. qꝛ deus hanc voluntatem in
eo fecit. Deus eīm vnāquāqꝫ volūtatem in bonū ordinauit. et hoc vult
nos velle. Tercio ſm cauſam finalē. vt qn̄ quis in gl'iam dei facta ſua
ordinauit. ꝓpter quam et deus facit omnia. Et in his duobus eſſentia-
liter ꝯformitas ꝯſiſtit. Quarto ſm cauſam formalez vt ſcꝫ ex caritate
velit quis quod vult. ſicut et deus ex caritate vult oīa. et in iſto conſi-
ſtit perfectio ꝯformitatis. vt videlicꝫ actus volūtatis noſtre tanto ſit
diuine voluntati ꝯformior q̄to eſt melior et ꝑfectior. Ex predictis col
lige ꝙ plena ꝯformitas ad deum ꝯprehendit quatuor Primo vt veli
mus qđ deus vult. Secūdo vt velim⁹ qđ nos vult velle. Tercio vt ve
limus eo mō ꝓpter qđ vult. Quarto vt velimus eodem mō quo vult.
Sꝫ ꝯformitas non plena eſt tripl'r. Pr̄io ſi ꝯformat̄ quis deo in voli
to tm̄. ſicut iudei ꝯformes deo erant in morte xpi. Secūdo ſi ꝯforma
tur aliquis in volito et in fine ſꝫ nō in modo vt qn̄ non fit ex caritate.

Tercio qñ ꝯformat quis ĩ volito et ĩn mõ ſʒ non ĩ fine vt cũ ad aliũ
finẽ bonũ tñ retorquet intencõ. ¶ De iuſticia dei Capitulũ .xxxiij.

Iuſticia tribus modis ſumit. Prĩo mõ qñ reddit alicui qđ
meruit. Secũdo mõ qñ ꝓmiſſum ſoluit. Tercio qñ imꝑfectuʒ
ꝑficit. Prĩo mõ remuneracõ bonoꝝ et pena repboꝝ đr opus
iuſticie. Secũdo mõ incarnacõ xp̄i eſt opus iuſticie qꝛ ꝓmiſit hoc ꝑ ꝓ
phetas. Tercõ mõ đr opus iuſticie qñ deus peccatorẽ iuſtificat cum ſe
ad grãm abilitat faciendo qđ in ſe eſt. Nota ꝙ in oĩbus opibus dei in
uenit iuſticia ⁊ miſericordia. Sʒ iuſtia qñqʒ eſt oculta et miſcđia apta
vt in iuſtificacõe impij et in p̄rio aduentu xp̄i. Aliqñ eſt ecõuerſo ſcʒ a
perta iuſticia et oculta miſericordia\vt in punicõe ꝑuuloꝝ ſine baptiſ
mo decedenciũ. et ĩ ſcđo aduentu xp̄i. Aliqñ vtrꝛqʒ eſt ocultũ vt in tri
bulacõe quoꝝlibʒ iuſtoꝝ et innocentiũ\ſicut fuit in Job\et in infirmi
tatibus paruuloꝝ. Aliqñ vtrꝛqʒ eſt apertũ\vt in remuneracõe iuſtoꝝ\
et damnacõne reprobor. qꝛ illos remunerat ſupra meritũ. iſtos punit
citra ꝯdignum qđ eſt mĩe. Sʒ vtriſpʒ tribuit ſm̄ merita. hoc eſt bonis
bona\malis mala quod eſt iuſticie. Si vis ſcire qua iuſticia puniatur
homo ꝓ peccato momentaneo eternalr̄. Vide p̄rio aũctes yſaie. Ver
mis eoꝝ non morietur et ignis eoꝝ non extinguetur. Pſal. Jbunt vſqʒ in
ꝓgenies patrꝝ ſuoꝝ. et vſqʒ in eternũ non vi. lu. Math. ait. Jte maledi
cti in ignem eternũ. Apoc. Aſcendit fumus tormentoꝝ ſuoꝝ in ſecula
ſeculoꝝ. Racõnibus idem oſtendit. qꝛ ſcʒ homo peccauit in ſuo eterno
merito. punietur in eterno dei ſeu in eterna damnacõe. Jtem materia ig
nis eterna eſt ſcʒ macula peccati. ergo et pena. Jtem pec̄tm̄ eſt contra
illũ qui infinitus eſt. ergo pena debet eſſe infinita. Sed hoc non p̄t eẽ
acerbitate. vnde oportʒ ꝙ fiat diuturnitate. Jtem cũ homo peccat er
rat in infinitum quodãmõ rõnalis et iraſcibilis et ꝯcupiſcibilis. qꝛ fi
nitum p̄ponit infinito. Jlla quidẽ iudicando. iſta adherendo. et vltima
appetendo. Vnde ꝯgrue pena debet eſſe infinita. Jtem mala voluntas
reproboꝝ eſt eterna\ergo et pena. Oſtendit exemplis idẽ. ꝙ vendicõ
momentanea dat ius poſſidendi ꝑpetuũ. Jtem vulneracõ momẽtanea
cicatricem infert ꝑpetuam. Jtem caſus in foueam tp̄alis eſt detencõ ꝑ
petua. Jtem crimen leſe maieſtatis tp̄ale eſt ſeruitus perpetua. Jtem
effoſſio oculoꝝ momentanea cecitatem operatur perpetuã. Jtem potio
veneni momentanea operatur mortem ꝑpetuam. Dicit Aug⁹. ꝙ reddit
deus mala ꝓ malis. hoc eſt penam pro iniuſticia qm̄ iuſtus eſt. Jtem
reddit bona pro malis hoc eſt graciam iniuſtis qm̄ bon⁹ ẽ. Jtẽ red
dit bona ꝓ malis. i. grãm ꝓ grã quoniam bonus et iuſtus eſt. Nunꝙ
aũt reddit mala ꝓ bonis. qm̄ iniuſtus non eſt. Aliquis punit in p̄nti tẽ
pore ꝓpter ſeip̄m vt ſcʒ pc̄m̄ in eo p̄teritũ purget. Johañ. Ecce ſan⁹ fa
ctus es. Jtem vt ꝓpter pc̄m̄ ꝑpetuo crucietur tam hic ſcʒ ꝙ in futuro.

Exemplum habẽs in herode. Item vt culpa declinet vt in paulo. Co-
rinth. ii. Ne magnitudo reuel. Item vt gloria in futuro det. Act. Optet
nos ꝑ multas tribulacões ⁊c. In primis duab⁹ cauſis exercʒ deus iu
ſticiã. In duab⁹ ſeq̃ʒtib⁹ miaʒ. Quĩto puitur q̃s ꝓpter deũ ſcʒ vt glo-
rificet. Joha. Neqʒ hic peccauit ⁊c. Sexto ꝓpter xp̃m vt ſcʒ q̃s edificet
ſic punitus fuit. Job et ſilr Thobias. vt aliis daret exemplũ paciẽcie.
Sic puniũt et innocẽtes pueri ne videat incõueniẽs pctõrib⁹ ſi qñ tri-
bulant. iuſto dei iudicio puniunt qui vel ꝯceſſis abutunt vt adam. vel
nõ ꝯceſſa rape conant vt lucifer. De miſericordia dei. Ca. xxxiiii

Iſericordia ſm ethimologiã dr trib⁹ mõis. Prĩo mõ dr miſe-
cordia q̃ſi miſeriã cordis diuidẽs. ſic accipit in illa auc̃te. Celi
nõ indigẽt mĩa q: in eis nulla eſt mĩa. ſm hũc modũ mĩa ſolũ
eſt in terra. Scdo mĩa dr q̃ſi mittẽs ſeorſum cordis rigorẽ. ſic accipit
ibi. mĩa et veritas obuiauerũt ſibi. Nã vitas ſm rigorẽ ꝓcedit. ſʒ mĩa
hũc rigorẽ tꝑat remunerãs ſupra meritũ et puniẽs citra ꝯdignũ. ſic ẽ
mĩa in celo et in inferno. Tercĩo mõ dr mĩa q̃ſi mira ſuauitatis rigans
corda. ſic mĩa maxĩe eſt in celo. licet de⁹ ſit iuſt⁹ ſicut et miſericors. tñ dr
ei ꝓp̃m eſſe miſereri poti⁹ q̃ȝ iuſtũ eſſe. q: nil reqrit ad opus mĩe niſi
volũtas ei⁹. Sʒ ad ꝯplendũ op⁹ iuſtĩe requirit etiã aliq̃d ex pte hoĩs
ſcʒ exigencia meritoꝝ. Mĩa dei ptʒ in effectib⁹ bñficioꝝ. Dat em̃ reis
veniã dimittẽdo tã pcĩi reatũ q̃ȝ pcĩi ſeq̃las. De q̃b⁹ duob⁹ Pſal. Qui
ꝓpiciat oĩb⁹ iniq. tu. Quo ad primũ. Qui ſanat oẽs infir. tu. Quo ad ſe
cundũ. Item largit iuſtis grãm dãdo ſcʒ virtutis habitũ et virtutis
motũ vt ꝑ primũ faciat hoĩem deo gratũ ac vita eterna dignũ. ſʒ per
ſecũdũ augeat ei⁹ meritũ. De his duob⁹ Pſal. Qui coronat te in mĩa
quo ad primũ. et miſeracõibus. quo ad ſcdm. Et loquit de corona glĩe.
Item ꝯfert ſanctis glĩam. et hoc dupl̃r. q: nũc in ſpe\ tandem in re. de
his Pſal. Qui replet in bonis deſideriũ tuũ. quo ad primũ renouabit
vt aquila iuuentus tua. Quo ad ſcdm. Item ex mĩa deus pctõres pati
ẽnter expectat. benigne reuocat. vlciſci diſſimulat. a multis piculis li-
berat. grãm liberal̃r donat. datã multiplicat. multiplicatã ꝯſeruat. cõ-
ſeruatã in celo p̃miat. Item ex mĩa de⁹ pctõrem ad ſe redeũtem hila-
riter ſuſcipit. ad penitentiã cor emollit. offenſaʒ cito remittit. iniurie p⁹
remiſſionẽ non meminit. Item ex mĩa dat deus aduerſa vt peccatum
purget. dat aſpera vt ad amorem ꝓuocet. dat ſacra vt meritũ ꝯmulet
dat p̃ceptũ vt p̃mia ditet. Item ex mĩa de⁹ errantes ad ſe reducit. eun
tes ad ſe ꝯducit. cadentes erigit. ſtantes tenere non deſinit ꝑueniẽtes
in gloriam intromittit.

Explicit liber primus.

Incipiūt titli capitloꝝ ſecūdi li.

D E reꝝ creacōe j
De diſtinctōe creaturaꝝ in genere ij
De diſtinctōe orbiū tam celeſtiū ꝙ elementorum iij
De naťa celoꝝ ꝛ ſupioꝝ corp· iiij
De naťa ſtellaꝝ in ꝯmūi v
De luce vj
De planetis in ſpē vij
De naťa q̄tuor elemētoꝝ viij
De impſſionib⁹ aeris ix
De tempore x
De angelis in ꝯmuni xj
Diſtinctio ierarchiaꝝ xij
De ꝓpetatib⁹ angloꝝ in ꝯū· xiij
De ꝓprietatibus et officijs ſmguloꝝ ordinū xiiij
De ꝯgnicōe ꝛ motu āgloꝝ xv
De placōib⁹ angeloꝝ xvj
De ꝯfirmacōe angeloꝝ xvij
De cuſtodia angeloꝝ xviij
De locacōe angeloꝝ xix
De ſpēalib⁹ noīb⁹ angloꝝ xx
De caſu demonis xxj
De ſpūali caſu demōis xxij
De locali caſu demonis xxiij
De reſtauracōe ruine ang· xxiiij
Quare pc̄m̄ dyaboli ſit irremiſſibile xxv
De ꝓpetatibus demonū xxvj
De malicia dya· ꝯtra nos · xxvij
De Lucifero ſpeālr̄ xxviij
De aīa\ q̄d ſit ſm̄ diffō3· xxix
Quid ſit aīa ſm̄ rem xxx
Quid ſit aīa ſm̄ nomē xxxj
De triplici anima xxxij
De potēcijs aīe vegetabil· xxxiij
De potencijs apprehenſiuis aīe ſenſibilis xxxiiij
De ſenſibus pticularib⁹ xxxv
De ſenſu cōmuni xxxvj
De ymaginatiua xxxvij
De eſtimatiua xxxviij
De fantaſia xxxix
De memoria xl
De inſenſibili motiua xlj
De potēcijs aīe rōnalis xlij
De diuiſiōe potētiaꝝ aīe xliij
De potēcijs ꝯgnitiuis xliiij
De mō ꝯgnoſcendi res xlv
De intellectu agente et poſſibili xlvj
De intellectu ſpeculatiuo ꝛ practico xlvij
De racōib⁹ ꝛ ptib⁹ ipius· xlviij
De potēcijs aīe motiuis xlix
De voluntate l
De ſynderiſi lj
De conſcientia lij
De opacōibus anime liij
De quantitatibus aīe liiij
De immortalitate aīe lv
De libero arbitrio lvj
De naťa corpis hūani lvij
De phiſonomia lviij
Regl'e generales phiſonoīe· lix
De toto homine lx
De ꝓpetatibus hominis lxj
De primis pentibus lxij
De preceptis ſibi datis lxiij
De paradiſo lxiiij
De caſu primi hoīs lxv
De ordine temptationis in nobis lxvj

Explitiunt tituli Secundi libri·

Incipit liber Secundus· De rerum creatione· Capitulum primum

Summe bonitatis triplex eſt effluxio · ſcʒ ꝑ generacoēm \ ꝑ
ſpiracoēm \ ꝑ creacoēm · Due priores emanacoēs ſunt ab e-
terno · Tercia eſt ex tpe de qua nunc eſt agendū · Inter cre
are et generare et facere differētia eſt · quia res exit ineſſe
de nihilo per creacoēm · Sed exit ineſſe de aliquo faciente
aliquid de ſubſtantia ꝓpria ꝑ generacoēm · Facere autem eſt operari
de materia aliena · Deus eſt rerum triplex cauſa · efficiens et exempla-
ris ac finalis · ſed nullo modo materialis Inter operari dei et creature
differentia eſt · q2 deus operatꝛ in inſtanti · angelus aūt repente · ſed na
tura paulatim · Preterea reꝝ principia ſunt a deo immediate · Effectꝰ
vero ꝯſequentes ſunt ab ipſo mediante natura et eciam immediate ·
Nihil autem eſt de deo mediate tantum ¶ Circa mundi creacoēm qua
tuor erant errores · Quidam enī dicebant mundū eternū · Alij dicebāt
mundū quidem factum · ſed habuiſſe materiale principiū et non eſſe de
nihilo · Alij dicebant deum ſuperiores creaturas per ſe ꝓduxiſſe · ſʒ in-
feriores per miniſteriū angelorum · Alij ponebant duo principia ſicut
manichei · Unum ſcʒ ſumme bonum et aliud ſumme malum · dicentes \
incorruptibilia eē a bono principio · ſed corruptibilia eſſe a malo princi
pio · Hos errores omnes excludit moyſes · primum cum dicit in princi
pio · Secundum ibi \ creauit · Tercium ꝙ dicit \ deus · Quartum cum ſe-
quitꝛ celum ꝛc · Tenentum eſt etiam ꝙ deus omnia ſimul creauit · niſi a
liquam nouam ſpeciem poſtmodum condidit quam prius non fecerit ·
vel in ſimili \ vt animas hominum · vel in ratione ſeminali ſicut patet in
his qui naturaliter introducuntur in eſſe · Et hoc eſt ꝙ dicitur deū die
ſeptima quieuiſſe · non quidem a labore vel opere \ ſed ſicut dictum eſt \
a nouarum ſpecierum condictione · De operibus vero ſex dierum di-
cunt quidam \ non in illis debere intelligi ordinem temporis · ſʒ nature
quia dicunt omnia ſimul tempore fuiſſe facta et diſpoſita ac ſuis ſpeci
ebus diſtincta · Alij dicunt omnia ſimul creata in materia ſed nō in tali
forma ſicut in diebus ſequentibus receꝑunt · Sed hec opinio magis
ſequitur literaʒ · ſed prima magis ſequitꝛ racoēm · Deus enī dupliciter
operatur · Aliqua nanqʒ facit mediante natura · et hec fiunt ſucceſſiue ·
Aliqua facit per ſe immediate · vt creare \ peccata dimittere · graciam
infundere et huiuſmōi · Et talia fiunt in inſtanti et ꝑfecte et complete ·
Cum ergo deus primordiales res non produxerit mediante natura \
ſed immediate per ſe · videtur ꝙ in inſtanti fecerit eas et ꝑfectas ac
ꝯpletas tam in materia ꝙ̄ in forma Coequeue ſunt quatuor hee primi
tiue rerum creature · Celum empireum angeli materia mundi et tem
pus · ¶ De diſtinctione creaturaꝝ in genere ·

Capitulum · ij ·

Creatura triplex eſt ſcilicet ·
corporalis tantum vt elementa Spiritualis tantū vt angelus

compoſita ex his vt homo. Corporalis quoqꝫ natura diſtinguitur in corpora lucida/vt ſunt ſidera. Et opaca vt ē terra et metalla et hꝰmoi Atqꝫ perſpicua ſiue dyaphana vt aer ⁊ aqua. Creature quedam hn̄t eſſe tm̄ vt lapides. quedam viuere vt arbores. quedam ſentire vt animalia. quedam intelligere vt angeli. Diſtinguitur mundus tripliciter ſcꝫ archetypus id eſt deꝰ. Et dicit archetypus ab archos. i. princeps et typus quod eſt figura. qꝛ ipe eſt exemplar mundi ſenſibilis. Item eſt mundus qui dicit macrocoſmus. i. maior mundus vt eſt hic mūdꝰ viſibilis. Tercius eſt mundus qui dicit microcoſmus. i. minor mundꝰ vt eſt homo. De his tribus Johan̄. In mundo erat. ecce primū. Et mūdus p ipm factus eſt. ecce ſecundū. Et mūdus eum non coguouit. ecce tercium. ¶ Differentia eſt inter elementum et elementatum et quintā eſſentiam. Elementum eſt primum componibilium et non compoſitum. Vnde nec terra nec aqua nec aer nec ignis purum eſt elementū apud nos et ſimplex. qꝛ iſta inter ſe ꝯmiſcent. et maxime in ea parte vbi ſe contingunt. Elemētatum eſt quodlibet corpus compoſitum ex quatuor elementis. Quinta eſſentia eſt corpus per ſe differens ab omnibꝰ elementis et elementatis in materia ꝙ̄ in forma. tam in natura ꝙ̄ etiā in virtute non habens in ſe contrarietatem vnde nec cauſam corrupcōis Opera ſex dierum/ꝑut moyſes diſtinxit/moraliter ſic habent. Significat em̄ rex de nihilo creacō impij iuſtificacōem. Firmamenti apacō boni propoſiti confirmacōem. Aquarum congregatio cordis adunationem. Siderum perfectio exemplum bone operationis. Piſcium et auium formatio ſtatum actionis et contemplationis. Hominis plaſmatio rectitudinem intētionis. Poſt iſta ſequitur ſeptīe diei requies eternitatis. Eſt locus ſummus id eſt celū vbi ſumma leticia eſt. Et infimꝰ. id eſt infirnis vbi ſola triſticia. Et eſt medius id eſt mundus in quo ſunt ſumma ſperanda et infima timenda. Dyabolꝰ ergo a ſummo corruit et in ymo detruſus eſt. quia reperandus non erat. Homo vero a ſummo non cecidit In medio collocatus eſt vt eſſet ei locus quo aſcenderet per iuſticiam vel deſcenderet p culpam. Item Hugo de ſancto victore dicit. ꝙ aliquis eſt locus in quo ſolum et ſummum bonum eſt/ ſcꝫ celum. Aliquis in quo ſummum malum eſt ſcꝫ infernus. Aliquis in in quo ſolum bonum eſt ſed non ſummum vt paradiſus ⁊c. Aliquis in quo ſolum malum eſt ſed non ſummum vt purgatorium. Aliquis in quo bonum et malum eſt ſed neutrum ſummum vt mundus ⁊c.

Diſtinctio orbium tam celeſtium ꝙ̄ elementorum Caplm. iij.

Corporalis mundi machina tota conſiſtit in duobus/ ſcilicet in natura celeſti et in natura elementari Celeſtis autem diſtinguitur in tres celos principales ſcꝫ empireū criſtallinū et firmamētū Intra firmamentum vero quod eſt celum ſtellaꝝ ꝯtinent ſeptē orbes

ſeptem planetaꝝ. Qui ſunt ſaturnus iupiter mars ſol venus mercuri9
luna. Nomīe aūt celi criſtalini ſiue aquei intelligit̄ prima ps materie
prime\que ſm phm̄ formata eſt in duos orbes. quoꝝ ſupior eſt primū
mobile. Iſtoꝝ orbium natura eſt ꝙ omnes mouent̄ excepto empireo
celo\quod quietum eſt. Natura vero elementaris in quatuor ſperas
principales diſtinguit̄ ſcȝ ignis\aeris\terre\et aque Spera ignis tria
habet interſticia videlicet ſupremū quod vocat̄ igneū ac mediū ac in-
fimū. quod vocat̄ olympium. Aer ſilr̄ habet tria interſticia ſcȝ ſupmū
quod vocat̄ etheriū et mediū ac infimū qđ dr̄ aereum. Et in ſupmo eſt
calor ꝛ lux ꝓpter ſolis ꝓpinquitatem. Silr̄ eſt ꝛ in infimo ſed ꝓpter ra
dioꝝ repcuſſionem a terra. In medio aūt interſticio ad quod nō ptin-
gere poteſt. repcuſſio radioꝝ eſt frigiditas et obſcuritas in quo dicūt̄
habitare demones detruſi ſunt in hunc aerem caliginoſum Ibi eciam
fiunt tempeſtates tonitrua grando niues ꝛ ſimilia. Ex his collige. xij. or-
bes terram ꝛ aquam ambientes qui omnes pn̄t celi vocari. Iſtos aūt
excellit celū trinitatis ipē deus qui eſt in oībus et ſup oīa Diſtancia p̄
dictoꝝ orbium et planetaꝝ hec eſt a terra vſqȝ ad lunā ſunt miliaria.
xv. dc. xxv. hec ſunt ſtadia. c. xxvj. A luna vſqȝ ad mercuriū ſunt milia-
ria. vij. dccc. xij. Et ſemis a mercurio vſqȝ ad venerem tm̄. A venere vſ
qȝ ad ſolem. xxiij. cccc. xxxvj. A ſole vſqȝ ad martem ſunt miliaria. xv.
dc. xxv. A marte vſqȝ ad iouem. vj. dccc. xij. a ioue vſqȝ ad ſaturnuȝ tm̄
A ſaturno vſqȝ ad firmamētū. xxiij. cccc. xxxvj. Ex iſtis ſequit̄ ꝙ a ter-
ra vſqȝ ad celum ſtellatum ſunt miliaria. cix. ccc. lxxv.

De natura celorum et ſuperiorum corporum Capitulum. iiij.

C Elum eſt corpus primū ſimpliciſſimū ꝛ incorruptibilitate ſoli-
diſſimū. eſſencia ſubtiliſſimū. ꝗtitate maximū. qualitate lucidū
dyaphanacōe pſpicuū. materia puriſſimū. figura ſpericū loca
li ſitu ſupremum. amplitudine creaturaꝝ in ſe aliaꝝ ꝯtentiuū. Iſte p-
prietates tam celo ꝯueniunt empireo ꝗ celo primo mobili. Sed p̄ter
hoc celum empireum motus eſt extraneū beatoꝝ ſpirituū habitacl'm
ſpūalr̄ ſedes dei nuncupatum. Similiter primo mobili ſpecialiter ꝯue
nit. quod eſt motu velociſſimū. ac in inferiora virtutis influxiuū. Eodeȝ
mō dicendum eſt de firmamento ꝙ plīme ꝯueniunt ei de ꝓprietatib9
ſupradictis. et inſuper eſt aquarum diuiſiuum. ac ſtellis decoratiuum.
Corpora celeſtia diuiduntur in lucentia et non lucencia ac dyaphana.
Nam corpus lucēns eſt ſol qui ſolus inter ſidera per ſe lucet. Sed nō
lucenciā ſunt ſtelle cetere \ ꝛ planete qui lumen ſuum a ſole mutuant.
Corpa vero dyaphana ſunt oēs ſpere celeſtes Itē ſpere celeſtes cum
mouent̄ nō mutāt locū ſȝ mouent̄ in locis ſuis. Superiora influunt vt
inferiora virtutem motiuam vegetatiuam ſenſitiuam ac omnium gene
rabilium productiuā. Item licet careant qualitatibus elemētarib9 nō

eꝝ ſant calida vel frigida ſicca vl' hūida tū iſta cauſant in inferioribꝯ Verū tñ non influūt ſup liberꝝ arbitrium. nec habent virtutem immutandi hoīs voluntatē licet bñ immutant ꝛ diſponant ꝯplexionem hoīs que voluntatem non habet quidem cogere. ſed ſm magis et minꝯ in diuerſis hoībus inclinare. Operant̄ quoqꝫ corpa ſupiora diſtinctā ſignacōem dieꝝ ſm lumen ſolis. et diſtinctōem menſium ſm motū lune. ac diſtinctōem annoꝝ ſm motum ſolis in aliquo circulo. atqꝫ diſtinctionem tpm ſm variū curſum planetaꝝ. et diſtantiam et ꝯcurſum aſcenſum et deſcenſum retrogradacōem et ſtatum

De natura ſtellaꝝ in communi. Caplm. .v.

STelle ſupreme in firmamento figunt̄. et cū illo ſp mouentur. Materia ſunt puriſſime. figura ſperice. ꝙtitate magne. apparēcia pue qualitate lucide. radioꝝ diffuſiue. reꝝ inferioꝝ generatiue. a ſole illuminacōnis receptiue. tenebraꝝ expulſiue. ꝙto nox obſcurior tāto plus ſui manifeſtatie in pñcia ſolis ſui lumis ocultatie tempeſtatis et ſerenitatis ꝯcitatiue viaꝝ nauigancīū directiue ꝙto ꝯiunctiores tanto in ꝯmuni lucidiores. Sed ſingule minus apparentes vt patet in galaxia claritate ac ꝙtitate diffundit̄ ac virtute. Galaxia eſt multitudo puaꝝ ſtellaꝝ quaſi ꝯtiguaꝝ illi loco orbis vbi diffundit̄ lumen ſolis. Eclipſis fit cum ſoli ſe luna ſubnectit vt tenebras orbis efficiat Nota ꝙ omnes ſtelle eclipſant̄. et hoc vel a terra vel a planetis. Planete dicunt̄ qñqꝫ retrograde qñqꝫ ꝓgreſſiue. qñꝫ ſtacionarie ꝑut in epiciclis ſuis mouent̄. Planete ſunt ſidera inter celum et terram errancia. firmamēto ꝯtrarium curſum agencia. curſum quem habent ab influxu primi mobilis mouent̄ directiue ſed curſu ꝓprio mouent̄ oblique. Non ſcintillant. ſinguli ſuos colores habent et cum circulos alioꝝ ingrediuntur eciam iſtoꝝ participāt qualitatē cū ſole micātes ocultant̄. ꝙto terre ꝓpinquiores tanto circl'os hñt breuiores et minores. ꝙto ſunt altiores tanto curſus eoꝝ nat̄alis vidr̄ eſſe tardior. Corpa eoꝝ non ſunt pſpicua ſꝫ opaca alioquin non eclipſarent ſe.

De luce Caplm. .vi.

LVx eſt\vt ait phūs. actus lucidi ſm ꝙ lucidum. Ante ſciendum ꝙ lux eſt qualitas actiua corporis luminoſi ſicut calor ignis. Lux quoqꝫ dat coloribus eſſe intencionale. ſicut intellectꝯ agēs fantaſmatibus eſſe intellectuale. Ipſa eſt medium deferēs omnia que de celo ad nos deſcendūt Ipſa mutuat corpus non lucens a lucido Ipſa eſt\vt ait ſecundus phūs\celi purpura. maleficioꝝ inimica. nauigātum directio. oculus noctis. facies omnium rerum. Lux\vt ait Augꝯ rectum habet inceſſum. et nullo modo incedit per curuum. Hec etiam omnibus rebus formam et decorem tribuit. et abſqꝫ illa cuncta ſunt ignota et abſcōdita. Motꝯ eius eſt ſubitus qꝛ ſine mora replet oīa hec

m̄ ſuperficie vmbroſi corporis non ſe pfundit ſʒ in̄ corpe dyaphano·
Unde ſm corporis groſſiciem vel ſubtilitatem magis et minus parti
cipat·Lux etiā ſine diminucōe vbiqʒ ſe diffundit·plures ꝓpetates ha
bes·ſ·de ſole que illi ꝯueniūt inq̄tum lucet· Sciendū ꝙ lux vocat in
corpore luminoſo ſed lumen put eſt ꝯmūicatum alijs ab ipſo in lucido
tranſpenti·ſplendor aūt in denſo terſo·et color put eſt in corpe opaco

De planetis in ſpecie· Capitulum· vij·

SAturnus nobis eſt remotiſſimꝰ·frigidus eſt et ſiccus·hoc in
telligas in effectu ſicut et in alijs planetis Ex vicinitate eius
calor ſolis remittit·Ex ꝯiunctione eius cū ioue clarus efficit Cū nata
liter ſit palidus nociuꝰ eſt·Et ipo dn̄ante fetus qui naſcit mortificatꝰ
aut debilis·plus nocʒ retrocedēdo q̄ pcedendo Morat in quolibet ſi
gno·xxx·menſibus·Ex quo ſequit ꝙ ꝯplet curſum ſuū·xxx·annis. Iu
piter eſt clarus quaſi ad inſtar lactis candidus· In qualitatibꝰ eſt bn̄
tēpatus qꝛ calidus et humidꝰ· In ſupiori ſui pte obſidis tempat ma
liciam ſaturni ·cū aſcenderit in circulū ſaturni ꝯtrahit palloꝛem licʒ ſit
clarus· In quolibet ſigno morat p annum·Et ita ꝯplet curſum in duo
decim annis·Mars calidus et ſiccꝰ·et ideo nociuꝰ·Ex ꝓprietatibꝰ ſuis
irritat hoīem ad bellum·Ex interpoſicōe veneris et iouis eius nocui
tas reprimit·Igneus apparet et radioſus· In quolibet ſigno morat
xl·diebus Sol dr̄ octies maior terra Sed ſm ptolomeū eſt·c·lx·vicibꝰ
maior terra·Calidus eſt et lumīoſus·eclipſim patit·et ꝯmunis eſt oī
bus·Nube celat·ꝛ ſolus p ſe lucet·quod nulli alteri ſideri ꝯpetit·Un̄
et nomen accipit·ſtellas illuminat·et tn̄ eas p pn̄tiam ſuam apparēcia
luminis priuat·Medius eſt planetaꝝ·odioſus egris oculis·ſʒ amabil
eſt puris·tpa diſtinguit·locis immūdis non coinquinat· terreſtria ꝯſo
lidat·gelida reſoluit·flores aperit·fructus maturat·corpa dyaphana
penetrat·non requieſcit·viſum recondit·vapores eleuat· emiſperia vi
ciſſim pluſtrat·approꝓpinquans nobis eſtatem facit·recedens vero ye
mem facit·oculus eſt mundi In quolibet ſigno morat·xxx·diebus et·x
horis Curſum p annum pficit motu ꝓprio·ſed diem pficit motu primi
mobilis·Venus eſt lucifer calidus et humidus·maliciā martis tem
pat·ſemper comitat ſolem·Sed qn̄ precedit dr̄ lucifer·qn̄ ſequit dicit
veſper·colorem habet cadentem et refulgentē electro ſimilem·inter ſi
dera plus ſplendet·Complet curſum·ccc·xlviij·diebus·Mercurius ſp
cū ſole gradit·nunq̄ ab eo amplius·xxx·gradibus diſtans·colorēʒ ha
bet radiantem·Raro propter vicinitatem ſolis cernitur· aliquādo ſub
ipſo eſt·aliqn̄ dicitur dominari et preeſſe ſeminibus· Curſum complet
ccc·et·xxxviij·diebus·Luna noctem illuminat·lumen mutuat· Augmē
tum patitur·et detrimentum·Infima eſt inter omnes planetas·eclip
ſim patitur·et effigiē maculoſam hʒ ꝓpter ꝯiunctōʒ eiꝰ cū inferioribꝰ

Item corniculata interdū apparet ex eo ꝙ ps eius illumīata a nobis
abſcondit᷑· Itē regina celi appellat᷑\ qꝛ ſol mꝙtum medi⁹ planetaꝝ pti
cipat ꝓprietates oīm et eas ad lunā cū lumīe ſuo tranſmittit· Ipſa vero
luna quecunqꝫ a ſole ſic recipit influit· Vn̄ qꝛ ꝑ eum tali mō virtutes
planetaꝝ recipim⁹· merito regina celi vocat᷑ · His viſis patet ꝙ luna
qn̄ p̄rio mō incendit᷑ optimū eſt ſemīa iacere· qꝛ tūc virtutes planetaꝝ
quas in inferioꝛib⁹ influit incipit colligere\ frigida ꝛ humida eſt· ſo=
lem p̄cedens minuit᷑\ ſꝫ eundem ſequens creſcit· ꝛ ab eo elongat᷑ acceſ=
ſus ꝛ receſſus maris ꝑ eam cauſant᷑· ſigna zodyaci quolibꝫ menſe per
currit· De natura quatuoꝛ elementoꝛum· Capl̄m· viij·

Ignis ꝯſumit ꝛ incinerat· In ſil̄itudinē ſuā ſibi a ꝓpinquantia
ꝯfert· motū facit de centro ad circūferēciā· ardet ꝛ lucet in ali
ena materia\ ſꝫ nō in ſpera ꝓpria· Inferioꝛa rēducit ad ſupioꝛa· qꝛ re=
ſoluit terrea in aquoſa· ꝛ aquoſa in aerea· Mollificat dura \ ꝛ indurat
mollia· Subtiliat vt patꝫ in reſolucōe glaciei· et ꝯdenſat ſcꝫ lutū· depu
rat vt in auro · ꝛ coꝛrumpit ſcꝫ ea que ꝯſumit· frigefacit ꝑ accn̄s vt pꝫ
in aceto· eſt eciā penetratiu⁹ actiu⁹ diuiſiuus Item ignis in ſpera ſua n̄
lucꝫ qꝛ ꝯpactus nō eſt· Nullū em̄ coꝛpus dyaphanū lucꝫ· ſꝫ pocius eſt
illumīnabile· Si aūt ignis in ſpera ſua ꝯpactus eſſꝫ eclipſaret oēs ſtel
las q̄ ſupꝛa ipm̄ ſunt· Ignis vero lucꝫ hic apud nos ꝓpter materiā co=
adunatā in qua eſt· Et hoc ptꝫ ꝙ candela appoſita alteri facit vmbrā·
ſꝫ eſt ſubtilis mobilis pſpicuus ꝑ inſpiracōem et reſpiracōem caloꝛis·
coꝛdis tꝑatiu⁹ decoꝛat᷑ volatilibus\ loc⁹ impꝛ̄ſſionū\ manſio ſpirituum·
Eſt eciā alterabilis leuis et ſubtilis atqꝫ rarus· Nō lucꝫ ſicut nec aliō
coꝛp⁹ dyaphanū· ſꝫ eſt illumīabilis Aqua ſup celos eleuat᷑· piſcibus
decoꝛat᷑ tempeſtatibus ſubijcit᷑· oēs fontes ad mare ꝯtinuant᷑ ad locū
vn̄ venerīt reuertuntur· Aeri p̄bet aqua infoꝛmacōꝫ volatilib⁹ oꝛnamē
tum· et vegetabilibus nutrimentū· Optīe eſt terminabilis termīo alie
no ſꝫ mīme termīo ꝓpꝛio· Coꝛp⁹ em̄ dyaphanū\ oībus eſt ꝯmūis· ī cri
ſtallū ꝯgelat᷑· Irim in nubib⁹ creat· ſoꝛdes purgat· Oꝛtos em̄ rigat· fe
bꝛicitātes ſua frigiditate et humiditate delectat· Naues vehit· lumen
recipit· ad ſuū pꝛincipiū recurrit· loca vacua ſubit · lapides cauat· ignē
extinguit· Olī mōm purgauit· In mari rubꝛo ꝑplō dei ceſſit· de latere
xp̄i fluxit· hanc xp̄s in vinū mutauit· ac de ip̄a baptiſmi foꝛmā oꝛdina=
uit· Terra inter elemēta eſt infima\ nigra\ magiſqꝫ deſpecta\ ponde=
roſa\ rotūda\ elemētis alijs circūdata· mater fructuū· radix plantaꝝ· nu
trix animalium· edificioꝝ fundamentū· defunctoꝝ receptaculū· machīe
mūdi centꝝ· includit in ſe īfernū· frigida· ſicca· opace· coꝛꝑis hūani ma
teria· ꝑuat metalla· cētro tenet᷑· motu ex vapib⁹ incluſis ꝯcutit᷑· herbis
floꝛib⁹ et arboꝛib⁹ decoꝛat᷑· circ̄ eā motu circl̄ari celū cū ſiderib⁹ voluit᷑
ab hoīb⁹ et iumētis calcat᷑· hoꝝ q̄dam terre ꝯpetūt ꝑm eſſe ſuū· quedaꝫ

ſm ſitum. quedā ſm ↄtemptū. quedā ſm oꝛnatū. quedā ſm vtilitatē.

De impreſſionibus aeris — Capitulum ix.

C

Ometes licet appareat q̄ſi ſtella nō eſt tñ aliud ꝙ aer inflat⁹ ex vicinitate ignis. Hic comes lumīs fundit. et dꝛ ſignare mutacōem regni vel bella vel peſtilēcias. Coꝛona eſt alb⁹ circulus. q̄ qñꝫ apparet circa ſolē vel lunā aut ſtellas alias. Et cauſaꝛ ex reliquijs nubiū ꝑ planetaꝝ radios attractis ac illumīatis. Talis etiā circul⁹ ſignū eſt ſerenitatis. Aſub duplex eſt ſcꝫ aſcendēs et deſcendēs. Aſcendens fit ex vapoꝛib⁹ inflatis in ſuꝑmo aeris. et videꝛ aſcendere ſicut ſi euolarent ſcintille de foꝛnace. Aſub vero deſcendēs ignis eſt retentus in nube. q̄ tñ expelliꝛ obuiante nube frigida. et cadit ↄtinue. ꝓpter quod vidꝛ q̄ſi ſtella cadēs longa. et relinquit veſtigia caſus poſt ſe. Lumen qđ vidꝛ de nocte diſcurrētibus ſe ꝓcedere eſt vapoꝛ ↄpact⁹ deſcendēs cui cū nihil obuiat accendiꝛ ↄfricacōe ſuiipſi⁹. et aliqn̄ diu ſtat in aere. Draco dꝛ vapoꝛ foꝛtis ↄglobatus. cui frigida nubes ad lat⁹ vnū. et calida ad aliud. Et tūc ꝓpter ↄueniētiā ad calidū attrahiꝛ ad illō et ita incendiꝛ pars interioꝛ. et hoc vidꝛ q̄ſi ſpiramē draconis. Media vero ꝑs incuruaꝛ vt ſerpēs. et volat ſꝑ ad illō lat⁹ vbi calidū circūſtat ipm̄ Nubes fiūt qñ virtute ſolis extrahūꝛ vapoꝛes de aquis ⁊ paludib⁹ ac locis humidis / et ferūꝛ ſurſum Nebula eſt id qđ ex nubibus aquaꝫ pluentibus relinquiꝛ. Et ideo nebula / ſm Ari. eſt ſignū ſerenitatis Caligo vapoꝛ eſt tenebꝛoſus quā vulgus appellat nebulā. Iſte vapoꝛ nō eleuaꝛ ſꝫ priuſꝙ ↄuertaꝛ in nube vel in pluuiā depꝛimiꝛ et remanet iuxta terram. Ros eſt id qđ deſcēdit ex vapoꝛe ꝑuo et in deſcenſione ſua vertiꝛ in ꝑuas guttas minutiſſimas. Pluuia eſt aq̄ deſcēdēs ex nubibus reſolutis. velocitatē hn̄s ſue deſcēſiōis et hoc guttatī. Pꝛuina eſt ex vapoꝛe rozido q̄ ↄgelaꝛ anꝙ ex ip̄o reſoluaꝛ aqua Nix generaꝛ in nube calida. cui⁹ ↄgelacō ſimul fit cū ↄuerſione in aquā. Et ideo ꝑtes ei⁹ non inſpiſſanꝛ. Grando generaꝛ ex nube calidiſſima virtute ſol' mꝉtum eleuata. qui poſꝙ in aquā reſoluiꝛ tūc demū in medio interſtitio aeris ↄgelaꝛ. Tonitruū eſt ſonus vapoꝛis ſicci egrediētis de nube humida Sed fragoꝛ diuturnus qui poſt ictū ſequiꝛ fit ex ignis intinctōe in ventre nubis Coꝛuſcacō eſt illuminacō vapoꝛis ſicci incenſi in nube frigida et humida. Vulgur generaꝛ ex vapoꝛe groſſo eleuato ex calore ſiccato. qui cū ſit ignee naꝛe vi ventoꝝ ↄtra naturā deſcēdit et ꝑrit et nihil reſiſtit. Et eſtate ꝓcipue in mōtes cadit vel ꝑcutit. Fulmen eſt vapoꝛ terreſtris inflamatus. qui qñ tangit nubem que iam eſt in ↄuerſione ad aquam conglutinatur ſicqꝫ decoquitur foꝛtiſſimo calido et induratur in lapidem. qui vocatur telum tonitrui. et ſcindit quodcunqꝫ inuenit. Iris autem eſt lumen ipſius ſolis. receptum in nube concaua et aquoſa. ac ſoli ex aduerſo oppoſita. Glacies eſt aqua congelata /

Ventꝰ eſt vapor terreus aeris ſuperiora tranſcendens et aerem forti
ter percutiendo impellens. Venti ſunt.iiij.principales ſcilicet ſubſola
nus ab oriente tēꝑatus habens a dextris vulturnū deſiccantem et a ſi-
niſtris eurum nubes generantem. Item a meridie eſt auſter calidus
qui fulmīa gignit.et pluuias largas.habens a dextris affricum cali-
dum.et a ſiniſtris nothum tempatū quid ſed peſtilencias inducentem
Item a ſeptemtrione eſt aquilo frigidus. habens a dextris draciam
ventū niues facientem et grandines. A ſiniſtris boream nubes ꝯſtrin-
gentem ac pluuiā prohibentem. Item ab occidente eſt zephirus flo-
res producens.habens a dextris circinū tempeſtates et pluuias et to
nitrua generantem. A ſiniſtris fauoniū in oriente nubila ſed ſerena in
uidia facientem. Turbo eſt ventꝰ de nube egrediens in ſeipſum refle-
xus.vel duo venti lateraliter ſibi occurrentes ſe ſeqꝫ iuxta terram or-
bicular iter inuoluētes. Terremotus eſt vapor groſſꝰ extractus de pro
fundo terre non potens exire ꝓpter ſupficiei terre illius ſoliditatem.
Sicqꝫ coartatus in īterioribus concauitatibus terram ꝯcutit

De tempore. Capl'm.x.

Tempus eſt menſura motus primi
mobilis. Ex hoc patet ꝙ hic eſt tempus ſcđm ſuam ſubſtāti-
am et non in celo quia hic mutantur omīa et non ibi. Hic eſt
nūc yems.nunc eſtas.nūc pax.nunc diſcordia.nunc tranquillitas.nunc
tempeſtas. Mutabilitas rerum oñditur in hoc quia ea q̄ mundus pre
cipue amplectitur ſcꝫ ſapientia potentia in oriente ceperunt.et noſtrā
habitacōem pcurrerunt vſqꝫ ad occidentem in ſignum ꝙ omīa tendūt
ad occaſum. Nam ſtudium ſapientie cepit in egypto. poſt hoc fuit in
grecia poſt hoc fuit rome.deinde in frantia et in anglia. Silr̄ regna
fuerunt et prius in oriente.poſt apud romanos.nunc poteſtas impe-
rij reſidet in germania.ꝓpter hmōi compat. Jacobus vitam noſtram
et hec mutabilia vapori.ypſa. Sompno et baculo arundineo et liber re
gum aque dilabenti. Differentia eſt inter tempus et euū et eternitatē
Nam tempus habet principium et finem. Euū caret fine ſed non prin-
cipio. Eternitas caret vtroqꝫ termino quia eſt menſura increata. Iſte
ſunt etates mundi. Prima eſt ab adam vſqꝫ ad noe habens ānos iux-
ta hebreos hy.m.dc.lvj. Sed iuxta ſeptuaginta interpretes duos.m.
xlij. Secunda a noe vſqꝫ ad abraham habens annos ſcđm hebreos.m.
cc.xcij.ſed ſcđm.lxx int.m.lxxij. Tercia ē ab abrahā vſqꝫ ad dauid hab-
ens ānos ſcđm hebreos.d.ccc.xliiij. Sed ſ.lxx.in.m.c.xxxvij. Quarta a
dauid vſqꝫ ad tranſmigracōem babilonis habens annos ſ hebreos.
cccc.lxxviij.ſꝫ ſcđm.lxx.int.cccc.lxxxxv. Quarta ē a tranſmigracōe babi
lōis vſqꝫ ad xp̄m habēs annos ſcđm hebreos.d.lxxxix. Sꝫ ſcđm.lxx.int.
d.lxxviij. Igitur ab exordio mundi vſqꝫ ad criſtum habemus annos
ſcđm hebreos proſequenti beato. Jero.iij.m.d.cccc.lij. Sed ſecundm.

lxx·quas greci ſecuntur·v·m·d·viij·Euſebius q̄z oroſius ſecutus eſt in-
ter vtroſqz incidens nūerat annos·v·m·c·xcix·quos pene omēs latini
ſecūtur·Sexta etas a xp̄o vſqz ad finem mundi Septima eſt quieſcen
cium et currit cum·vi·Octaua eſt reſurgenciū·Porro ſecūdū hebreos
in prima etate mundi ſunt generacōes·x·In ſecunda·x·In tercia·xiiij
In quarta·xvij·quas tñ matheus gracia miſtery·xiiij·ponit·In quin-
ta·xiiij·Etates homīs ſunt iſte·Prima eſt infancia hoīs·a natiuitate
hoīs vſqz ad annos·vij·Secunda eſt puericia vſqz ad ānos·xiiij·Ter
ecia eſt adoleſcntia a·xv·anno vſqz in·xxviij·Quarta eſt iuuētus vſqz
ad·xlix·Quinta eſt ſenectus a·l·anno vſqz ad·lxxix·Sexta eſt decrepi-
ta etas ab anno·lxxx·vſqz dum vita finitur Dignitas dñice diei nota
tur in hoc ꝙ fuit prima dierum·Item ut dr̄ erit vltima dies·Itē nox
illam non p̄ceſſit·Item nox illi non ſuccedit Item celum ⁊ terra in ea
creata ſunt·Item angelus in illa ꝯuerſus eſt ad deum·Itē pria data
ſunt in ea filijs iſrl̄ mādata ſicut dicit Orig·Item in ea criſtus natus
eſt Item in illa criſtus ſurrexit Item ſpiritus ſanctus in ea datus eſt
apl̄is·Item omnes in ea reſurgemꝰ atqz in ea iudicamur·Item in ea
ꝯtinuamur ꝑpetuo in laude dei·

¶ De angelis in ꝯui· Capl̄m·xi·

Angelus eſt ſecundum Dam·ſubſtancia intellectual' ſemp mo-
bilis arbitro libero incorporea deo miſtrans immortalitatē
ſuſcipiens ſcdm graciam et non ſcdm naturā·Subſtancia po-
nitur in hac diffinicōe pro genere et ponitur ad drām accidentis·In-
telligitur eciam ſubſtantia hic qualitercumqz ꝯpoſita ſz ex eo ꝙ eſt ⁊
quo eſt Intellectualis dr̄ pocius quam racionalis·quia racio eſt virtꝰ
collatiua cauſe et cauſate ⁊ ideo ꝯpoſita·Intellectus autem de raciōe
ſui non habet collacōem·ſed eſt ſine inquiſicōne ⁊ ꝯpoſicōe·et ideo cō
petit nature magis ſimplici pro differentia vt eſt angelus·Racio aūt
eſt differentia nature minus ſimplicis ſcz homīs·Sed ſemp mobilis
non dico de loco ad locum·ſed mobilitas dicit hic triplicē vertibilita
tem in angelo·ſcz nature·intelligētie·⁊ voluntatis·Mobilitatem enim
habz nature·quia omne creatum vertibile eſt in nihil niſi manu omni-
potencie dei contineretur·Similiter angelus mobilitatem habet intelli-
gentie·quia licet in angelo non ſit viciſſitudo intelligentie quo ad ſci-
ta congnicione in verbo cum defformem haebat intellectum ſecundū
Dyoniſium·Poteſt in eo tñ eſſe viciſſitudo intellegentie quo ad ꝯgni
cionē rerum in ꝓpria natura ⁊ quo ad diſcenda·Et hoc eſt ꝙ ait·Au-
ꝙ omē creatum habens intellectum intelligit vnum poſt aliud Itē in
voluntate mobilis eſt angelus quia nōn ſimul vult hoc et illud Item
poteſt dici ſemper mobilis motu dilectionis arbitrio libera hoc nō dr̄
ꝓpter deflectiōem ad bonum indrñter ⁊ ad malum·ſed ꝓpter liberā
electionem eorum que voluerit Vnde angelus bonꝰ ſemp elegit liber

bonum et angelus̄ malus libere ac ſine omni coactione eligit malum.
Incorporea/ nota ꝙ angelus habet proprietatem corporis non na-
tura ſed in loco contineri. Cum enim corpus ſit in loco circumſcrip-
tiue et diffinitiue. Angelus tm̄ diffinitiue eſt in loco deo miniſtrās. Mi-
niſteriū ponit hic ꝑ quocūqȝ obſequio. Et ſm hūc modū tam aſſiſten-
tes ꝙ etiā demones miniſtrāt. Immortalitatē ſuſcipiēs ſm grām non
naturā. qr tenderet in nihilū niſi ꝑ grām ꝯſeruatoris ꝯtinerent. Ange
lo attribuunt quatuor. ſcȝ entie ſubtilitas. intelligentie ꝑſpicacitas. li-
beri arbitrij facultas. diſcretio ꝑſonalis In primis tribꝰ ꝯuenit anima
cū angelo. In quarto nō qr aīa nō eſt ꝑſona. Itē hȝ et alia tria angl̃s
ſcȝ ꝟtuoſitatē in operando. officioſitatē in miſtrando. imutabilitatē poſt
electōem ſiue in bono ſiue in malo. Differētie q̄tuor aſſignāt inter an-
gelū et aīam. Pria eſt et principalis penes eſſe naturale. qr aīa ē vni-
bilis corpi etiā actu ſeꝑata. angelus non. Secūda eſt penes eſſe logi-
cum. i. diffōem. qr aīa rōnalis eſt. ſȝ angelꝰ intellectualis Aīa em̄ appre
hendit inquirēdo et ꝯferēdo. angl̃s aūt intuēdo. Tercia aſſignat dr̄na
penes eſſe methaphiſicū. i. ſeꝑatū a materia et motu. qr angelꝰ nō hēt
paſſibilitatē niſi reſpectu ſupiorꝝ. aīa ꝟo reſpectu inferiorꝝ ſenſibiliū qr
ibi imutat a ſenſibilibꝰ Quarta eſt penes eſſe theologicū/ qr aīa verti
bilis eſt a bono in malū/ ⁊ ecōuerſo. angl̃s vero nō/ qr ſp in eo manet
ad qd ſe ꝯuertit ſiue ſit bonū illud ſiue malū. Angeli ſunt oēs ſimiles
in eo ꝙ ſunt imortales et inuiſibiles ⁊ indiſſolubiles ſimplices diſcre
ti perſonis incommutabiles alteri nature. Sed diſſimiles ſunt in do
nis nature gracie et glorie. Propterea etiam dicit Dyoniſius. ꝙ in
oi natura ſpūali creata aliud eſt entia/ aliud virtꝰ/ aliud opacō.

Diſtinctio celeſtium ierarchiarum. Capitulum. xij

Ierarchia triplex eſt ſcȝ ſupceleſtis/ celeſtis/ ⁊ ſubceleſtis Sup
celeſtis eſt in tribus ꝑſonis vt quidā dixerūt/ et male. qr ſm Dyo. Ier
archie dicit ordinē. et ille abſolute nō eſt in tribꝰ ꝑſonis/ ſȝ tm̄ ordo na-
ture. Celeſtis in ordibus angelicis. Subceleſtis in oībus ſanctis. Por
ro ierachia celeſtis diuidit in ſupiorem/ mediā/ ⁊ inferiorē Supior ꝯ
tinet tres ordines ſcȝ ſeraphin cherubin ⁊ thronos. quorꝝ primi ꝯſide
rant dei bonitatē. ſecūdi virtutē. tercij equitatē. Item in primis deus
amat vt caritas. In ſecūdis noſcit vt veritas. In tercijs ſedet vt equi
tas. Media ꝯtinet dn̄acōes/ principatꝰ/ ꝑtates. quorꝝ primi officia re-
gūt angelorꝝ. ſequētes capitibꝰ ꝑſunt ꝑplorꝝ. vltimi ꝑtatem coercēt de-
monū Itē in primis dn̄s dn̄atur vt maieſtas. in ſequentibꝰ regit vt pri-
cipatus. in vltimis tuet vt ſalus. Inferior ierarchiā ſilr ꝯtinet tres or
dines. ſcȝ virtutes/ archangelos/ angelos Ad quorꝝ priores ꝑtinet mi
raculorꝝ opacō. ad ſecūdos magnorꝝ negociorꝝ denūciatio. ad tercios
humane cuſtodie ſollicitudo. Itē in primis deus opat vt virtꝰ. in ſecū

dis reuelat vt lux·in tercijs nutrit vt inſpirās Hec dcā ſunt ſm Greg·
Sꝫ ſm Dyo· Virtutes ſunt mediꝰ ordo ſecūde ierarchie·⁊ principatꝰ
primꝰ ordo tercie ierarchie Hoc attēde ꝙ in q̄libet triū ierarchiaꝝ pre
miſſaꝝ notat̄ trinitas ꝑſonaꝝ diuinaꝝ·vt pꝫ in celeſti ierarchia tā ſu·
ꝑiori ꝙ̄ media ꝙ̄ inferiori·

¶ De ꝓprietatibus angeloꝝ· Ca·xiij

Angeli ſm Iſido·ſunt ſpūali ſubſtācia fcī an̄ omnē creaturam
creati·nat̄a mutabiles ꝯditi·ſꝫ ꝯtemplacōe īmutabiles facti·
Animo impaſſibiles·mente racōnales·felicitate ſecuri·futuri
ꝑſcij·iuſſi mundū regūt·miſſi corpa aerea ſumūt·in celeſtibus ꝯmorāt
Bern̄·de eodē· Inueſtigemꝰ inueſtigabilia·et p̄o ſpūs eſſe potentes
glorioſos beatos\diſtinctos in ꝑſonas\diſpoſitos in dignitates·ab in
icio ſtantes in ordīe ſuo·īmortalitate ꝑpetuos·mēte puros·affectu be·
nignos·religione pios·vnanimitate indiuiduos·pace ſecuros·diuinis
laudibus et obſequijs deditos· Itē ſm Bern̄· In angelis eſt digni·
tas creacōis·gr̄a ꝯfirmacōis·et amor creatoris·viſio deitatis· Eſt in
angelis ꝑſona ſicut ſupra dcm̄ eſt·eſſencie ſubtilitas·intelligēcie ꝑſpi·
cacitas·liberi arbitrij facultas·agilitas·velocitas ꝓmpte oēs obediūt
maiores ſine elacōe p̄ſunt·minores ſine vicio ſubſunt·qui ad exteriora
exeūt\ab interiori ꝯtemplacōe nō recedūt·omnē vtutē inferioꝝ ſupio·
res ꝑticipāt·et nō ecōuerſo· Qui excellūt in nat̄a p̄cellūt in gr̄a ⁊ gl̄ia·
et in eodē ordīe credūt̄ alij eſſe alijs digniores· Duplicē hn̄t viſionem
ſcꝫ matutinā et veſpetinā· Illumiacōes quas ab alijs recipiūt alijs tri
buunt·

¶ De officijs et ꝓprietatibus angeloꝝ ordinū· Ca·xiiij

Propriū eſt ſeraphin in amore dei ſp ardere·et alios ad incen·
diū diuini amoris ꝓmouere·et deū ordinate diligendi formā
tribuere· Iſti īmediate deo iungunt̄·et ideo p̄o ⁊ ꝑfectiꝰ in
ipos opantes theophonie deferūt̄·ad aliud quoqꝫ extra amatū nō di
uertūt· Cherubin p̄o ⁊ principalr̄ relucēt diuini lumīs radio eo ꝙ vi
ciniꝰ p̄me veritati iungūt̄ Hoꝝ offm̄ eſt ꝓmouere hoīes ad diuinā ꝯg
nicōem·ideo p̄ ceteris dicunt̄ lucere·q2 plenitudinē quā ſuſcipiūt alijs
inferioribꝰ ꝯmūicādo tranſfundūt· Throni dicūt̄ eo ꝙ ī eis deꝰ ſedeat
et iudicia ſua diſcernat· In his p̄cipue relucet rectitudo diuini iudicij
Hy quoqꝫ dei vtutē quā ſupra ſe accipiūt ad inferiores trāſfundunt
Dn̄acōes dicūt̄ q2 ceteris angl̄is dn̄ant̄·ab oī oppſſione ſunt liberi·⁊
nulli inferiori ſubijciūt̄· Hoꝝ offm̄ eſt ſm Greg·in ſpūali bello inſtru
ere q̄lr̄ opteat p̄lacōis offm̄ exercere·et q̄lr̄ debeāt ſubditis dn̄ari·ho
rum eciā offm̄ ē ſm Dyo·timore ſeruili depoſito in deū moueri et in
ceſſanter ei famulari· Principatꝰ ſubditis angelis p̄ſunt et eos ad mi
niſteriū diuinū explēdū diſponūt· Ad hos ꝑtinet ſm Dyo·vniuerſale
regimē vniꝰ regni vel gentis ductiuū ad dei ſiſitudinē· Miſteriū quo
qꝫ eoꝝ ſm Greg·eſt docere hoīes exhibere reuerētiam vnicuiqꝫ ſm

gradū ſuū·Hoꝝ etiā offm̄ eſt ꝓmouere hoīes vt nō ꝓpter vtilitatem ꝓpriam ſʒ ꝓpter ſoli⁹ dei amorē ⁊ honorē faciāt iuſticiā·Ptātibus ſcōm Iſid·virtutes aduerſe ſubiecte ſunt ne mōo tm̄ noceāt ꝙtum cupiūt· Hoꝝ offm̄ eſt ſm̄ Greg·illos qui ſpūali certamie deſudāt ꝯfortare· Et ne regimē ſpūale amittant defendere·Et ſm̄ Dyo·ad ipos ſpectat angelos inferiores ꝙtū poſſibile eſt diuīe potēcie ꝯformare· Virtutes ſunt infatigabiles ad execucōem faciendoꝝ et robuſti ad ꝑcepcōꝫ muneꝝ·Hoꝝ offm̄ eſt ſm̄ Dyo·docere p̄latos vt facile ⁊ pſeuerāter q̄ ad officiū p̄lacōis ꝑtinent exequanꝰ et ipius onera ſuſtineant patienter·Itē p illos miracula fiūt et v̄tus faciendi miracula pfectis ꝯcedit Archangeli ſummi nūcij nuncupanꝰ ⁊ ſumma nunciāt· Hoꝝ offm̄ eſt ſm̄ Greg·de illis que ꝑtinēt ad ꝓmocōem fidei\vt de natiuitate xp̄i\ et factis eius hoīes expedire·et demones ab hoībus remouere·ſcōm Dyo·ꝓphecias reuelare·Iſti illumiacōes quas a ſupioribus recipiūt inferioribus anunciant\et p eoſdeꝫ nobis·Angeli ſunt in celeſti diſpoſicōe vltimi et hoībus magis ꝓpinqui·Angelus eſt nomen officij non nature·Iſti minora nunciant·et hoīes ad diuinā ꝯgnicōem ducūt· Et vt iuſte viuāt inſtruūt·hi ſurſum extendūꝰ p dilectōem dei et in ſemet ipſis firmanꝰ p cuſtodiā ſui ac ſub ſe ꝓgrediūꝰ ad auxiliū ꝓximi·nos aūt aſſimilare debemus ſeraphin p caritatē·cherubin p ꝯgnicōꝫ·thronos per equitatē·Item dn̄acōibus carnē ſubiugādo·principatibus reuerentiā q̄ſi nr̄is maioribus exhibēdo·ptātibus temptacōib⁹ dyabolicis reſiſtendo·Item virtutibus per ꝯpaſſionē aſſimilari debem⁹ archangelis per miſtracōem·angelis per obſequij exhibicōem

De cognicōe et motu angelorum· Caplm̄ ·xv·

Angeli ꝯgcōem hn̄t matutinā hoc eſt ꝯgnicōem dei in ſe·Itē veſpertinā·i·ꝯgnicōem reꝝ in ſe·Item meridianā·i·apertam viſionē dei·Eſt et alia ꝯgnicō angelica ꝓut ſcʒ maiores indicant minoribus q̄ per diuinas theophanias perceperūt·Theophania eſt oñſio alicui⁹ ꝯgnoſcibilis de deo per illuminacōem ſcʒ de deo veniētē·⁊ hoc p̄t eſſe vel in ſymbolo·vel facie ad faciē ꝯgnicōe non naꝰa ꝓpria· Nota ꝙ angelus ꝯgnoſcit plura ſimul\habitu nō aūt actu· Circa incarnacōem et paſſionē xp̄i ſciuerꝰ angeli ſubſtanciā facti·ſʒ nō oēs circumſtancias·Preterea quecūqʒ ꝯgnoſcūt angeli cognoſcūt remota ſicut ꝓpinqua·qꝛ cognicō eoꝝ non eſt per ſenſum ſʒ per intellectum· Status angeli eſt triplex ſcʒ innocentie grē et glie·Diſtinguiꝰ motus angelorum tripl'r ſm̄ Dyo·ſcʒ circularis rectus et obliqu⁹·Circularis ē ab eodē ad idem et circa idem centꝝ imobile·hūc motū hn̄t angeli qꝛ immediate recipiūt illuminacōes a deo et per illos reuertunꝰ ad deum· Iſtud aūt ꝯuenit ſuperiori ierarchie tm̄·Itē motu recto mouenꝰ q̄n ꝓcedūt ad ꝓuidenciā ſubiectoꝝ recte oīa trāſeūtes· et ibi nō reuertunꝰ

ab eodē ad idē ſʒ de vno ad aliud. Itē eſt in angelis mot9 obliqu9 qñ
ↄdescēdūt (sic) ↄgnicōʒ inferioꝝ quib9 ꝓuident reflectūt in deū principiū et finē pul-
cri et boni. Nota dñam inter aſſiſtere et miſtrare qꝛ aſſiſtere eſt faciem
dei ↄtēplari. ſic aſſiſtūt oēs angeli boni. Itē aſſiſtere eſt īmediate reci
pere illuminacōes a deo \ ſic aſſiſtūt tm̄ tres primi ordies Itē aſſiſtere
eſt appropinquare deo et extraneū eē miſſioni ad exterius \ ſic aſſiſtūt
quatuor primi ordies. Miniſtrare eſt nūciare ꝑ tpis optumitate vł opa
ri ſm offm̄. eſt em̄ miſteriū nūcij et officij. Erratū eſt circa motū ange-
loꝝ tribus mōis. Dicebāt em̄ quidā phi ꝙ angeli nūꝙ mouenť ſʒ mo
uent ſperas ⁊ volūtates hoīm. Item dixerť quidā ꝙ angłs ſit ī plib9
locis et etiā vbicūqʒ ſi voluerit. Item dixerť alij ꝙ angłs ſic venit de
fine ſpacij ꝙ nō tranſit media ſʒ tranſilit. Illud quoqʒ ꝑtermittendūʒ
nō eſt ꝙ vnuſquiſqʒ ordo ab eo denoīať qd̄ reſpectu inferioꝝ ordinuʒ
excellenti9 accepit in munere ¶ De placōib9 angeloꝝ Capłm. xvj

P Reſunt quidā angeli regionibus \ vt dicić in Dañ. Princeps
grecoꝝ ⁊ princeps pſaꝝ. Quidā vō pſunt eccłijs. Apoč. An-
gelo epheſi eccłie ſcribe. Itē alij pſunt pſonis. Act. Angelus
Petri credebať ad hoſtiū ſtare Quidā etiā ſpūs maligni dicūť vicijs
preeſſe. Vñ aliquis vocať ſpūs luxurie ⁊ ſupbie ⁊c̄. Que aūt placōnes
maneāt vel q̄ ceſſant poſt hāc vitā. Sciēdū ꝙ ierarchie ſtabūt ſp q̄tū
ad diſtantiā btitudinis ⁊ q̄tum ad gradū dignitatis et mobilitatem
doni gratuiti ac nałe. Et q̄tum etiā ſupiores hñt reducere inferiores
in theophanias glie. Ceſſabūt aūt placōnes angelice ſup hoīes et an-
gelos quo ad actū regiminis ſm gubernacōʒ mūdi et electoꝝ ſm vitaʒ
ad patriā. Prelacō aūt in demonibus quo ad offm̄ inſultādi ⁊ irritādi
ſm ꝙ vnus ꝓuocat alteꝝ in maliciā nō deſtrueť Pſał. Supbia eoꝝ q̄
te oderť aſcendit ſp. Nec deſtrueť q̄tum ad maliciā et naturā. Ceſſa-
bit aūt placō eoꝝ quo ad offm̄ temptandi eos qui ſunt in via. In hoī-
bus etiā placōes euacuabunť qꝛ non erūt decani centurionis tiliarche
et hmōi. In creaturis ſiłr ceſſabit placō qꝛ ſupiora nō mouebūt in bo-
nū vł malū \ nec inferiora ſicut ⁊ mō ¶ De ↄfirmacōe angłoꝝ Ca. xvij

C Onfirmacōem hʒ angel9 ex tribus ſcʒ ex natura gr̄a et glia.
Ex natura qꝛ natura ſpūalis tm̄ ſemel vertibilis eſt in bonū vł
in malum niſi ex vnione eius cū alio. ſicut patet in aīa que dum
eſt ī corpe pt mutari ſepiuſ de bono in malum et ↄ̄uerſo \ ſoluta vero
non. Huius aūt racō eſt qꝛ natura pure ſpūalis ꝑpter ſimplicitatē ſuā
ſe totam ↄuertit ad id qd̄ elegit. qd̄ nō facit vnica natura. qꝛ corp9 hʒ
retrahēs Ex gr̄a ſiłr hʒ ↄfirmacōem. qꝛ ſi aliquid ↄnectić ſtabili eter
no deo vinculo ꝑpetuo illa ↄnectio ſp manet Sic angeli colligati ſunt
ſtabili eterno ſcʒ deo \ et hoc vinculo indiſſolubili caritatis. Apłs. Ca
ritas nunꝙ excidet. Ex gloria quoqʒ habet eam qꝛ cū deū habeant ꝑ

gloriam qui eſt forma ↄpletiua angelici deſiderij · non vagant extra ipm vt querāt quicꝙ illo melius vel deſiderabilius vel iocūdius·Nihil eī in creaturis inueniūt quod poſſꝫ eos a fōte dulcedinis auertere Tenēdū eſt itaqꝫ ꝙ angeli boni ex libertate arbitrij ad deū ↄuerſi fuerūt·ſtatim ꝑ grām et gloriā in volūtate ↄfirmati fideles ac felices effecti\at in rōne illumiati vt ñ ſolū ↄgnoſcerēt res in ꝓprio genere ſꝫ etiā in arte hoc eſt in verbo·Accepūt inſuꝑ pfectōem in virtute opatiua ſiue exequant illaꝫ aſſumpto corꝑe ſiue alias·atqꝫ pfectōem in virtute ↄtemplatam qua quocūqꝫ mittant intra deum currunt

De cuſtodia angelorum· Capl'm ·xviij·

Angeli nobis ad cuſtodiā deputati tenent nos ſtantes ne cadamus·et cadentes nos adiuuant vt ſurgamus ne vnꝗ nos deſerūt etiā peccantes\quin ſp ſint parati auxiliari ſi velimus·Hoc tñ fallit in obſtinatis a quoꝝ cuſtodia deſiſtit angelꝰ actualr·Paratꝰ eſt tñ cuſtodire ſi redire velint qm̄ nunꝗ homo deſerit ex toto ab anglo Nota ꝙ xp̄s ſibi deputatū anglm habuit\et ſicut hebebit anticriſtus vnū·verꝫ tñ licet ꝓpter obſtinacōem ſuā non ſit habiturus ad pmocōꝫ habebit tñ ad accuſacōem·Effectus aūt angelice cuſtodie multiplex ē Primus eſt impedimenta boni et occaſiones peccandi remouere Exo· Mittam anglm p̄curſorem qui eijciat Jebuſeū robuſtum·Secundꝰ eſt temptacōes mittigare·Dañ·Angelus dñi deſcendens in for·Tercius ē ↄtra hoſtes viſibiles adiuuare Regū·Heliſeus vidit caſtra angeloꝝ ꝛc·Quartus eſt elimoſinas et orōnes noſtras deo pñtare et ꝑ nobis orare·Thobi·Qñ orabas cū lacrimis·Quintus viam oñdere·Thobias Ego ſanum ducā et redu·Sextus eſt in agendis docere·Zach·ij·De angelo qui inſtruxit eū de quatuor fabris·Septimus ſeipm et alia ſecreta reuelare·Thob·Ego ſum Raphael angelus · Octauꝰ eſt a pctis excitare·Act·iiij·Surge velociter·Nonus ad feruorē excitare·Regū· Surge grandis eīn reſtat tibi via·Decimꝰ eſt ↄſolari·Tho·Forti aīo eſto in ꝓximo eſt vt a deo cureris·Vndecimus eſt de peccato increpare·Judith·Dixit angelus ꝓplo iſrael\cur hoc feceſtis Duodecimꝰ eſt poteſtates ↄtrarias arcere ne tm̄ nocere valeant ꝗtum vellent·Tho· Qualr angelus Aſmodeū ligauit·Angeli nobis ſeruiūt ꝓpter tria ſcꝫ ꝓpter ruine ſue reparacōem·Hoies eīn ſaluandi intrabūt locū cadētiū angeloꝝ·Item ꝓpter meriti accidentalis cumulacōnem qd augent in eis vſqꝫ ad diem iudicij·Item ꝓpter amoris erga nos demonſtracōꝫ Dyoniſius attribuit angelo tres actus ſcꝫ purgare illuminare et pficere·Purgant itaqꝫ angeli amouendo fantaſmata ꝗ impediūt illuminacōem quā intendūt angeli facere in nobis ·Vñ tria remouēt ab aīa ſcꝫ ignorantiā et nubila fantaſiaꝝ ac opiniones falſas philophicaruꝫ rōnum reuelacōꝫ ↄtrariaꝝ·Illumināt vero aīam triplr ſcꝫ ad ſenſum

vt patet qñ manifeſtant aliquid in aſſumpto corpe. Item ad imagīna
cōem ſcʒ cū furioſitates q̄ p ſpm̄ aīalem et cerebrū eleuant̄ tranſmutāt
ī diuerſa fantaſmata. et hanc ptātē dyabolus etiā hʒ. Item ad intel-
lectum/et talis illuminacō ſolū pfecta eſt. Notandum aūt ꝙ angelus
non illuminat intellectū efficiendo ꝯgnicōem in aīa. qꝛ non poteſt in-
tellectui nouaʒ ſpēm imprimere. nec habitū noui lumīs excitare. ſʒ nec
eius intencōem quo vult conuertere. Hec em̄ tria requirūt̄ vt intelle-
ctus noſter aliquid intelligat. ſcʒ ſpēs qua ꝯgnoſcat̄. et lumen in quo
ꝯgnoſcat̄. ⁊ intencō qua ꝯuertat ſe intellectus ſup ſpēm Illuminat em̄
angelus intellectum noſtꝝ tm̄ excitando et diſponendo. et lumen diui
num in nos tranſfundendo Facit em̄ vt dictum eſt in fantaſia tranſmu
tacōem ſpecieꝝ ꝯponendo et diuidendo ſm̄ exigentiam rei quā vult
reuelare. Item irradiat lumen intellectus ſui ſup illas vt moueat intel
lectum noſtꝝ. Et ſic plura et ſubtiliora videri pn̄t in lumine duplicato
Item excitat intentionem anime aliquo motu vt ſe conuertat ſuper il
la fantaſmata abſtrahendo ab alijs. Perficiunt etiā. i. pmouēt ad me
lius. Utrum angelus incendere poſſit affectum humanum. Nota ꝙ
hoc tripliciter poteſt intelligi. ſcʒ vel efficiendo. vel mouendo. vel exci
tando vel adiuuando. Primo modo ſolus deus poteſt inflamare affe
ctum. Secundo modo ipm̄ deſideratum inflamat ad affectum. Tercio
modo poteſt angelus noſtꝝ incendere affectum. De iſtis habemus ex
emplum in naturis. qꝛ primo modo accendit ignis ligna. ſecūdo ligna
accendunt ignem. tercio qui ligna igni apponit ignem accendit. Diffe
rentia eſt inter immittere cogitacōem/et incendere/et mentem illumi-
nare. Quia cogitacōem immittere eſt/vt dicit Beda. Intus creare et
facere cogitacōem. Sʒ incendere ē cogitacōʒ iam factam inflamare. il
luminare vero eſt dare reuelacōem de aliquo oculto intelligibili.

De locutione angeloꝝ Capitulum. xix.

Verbum triplex eſt ſcʒ mentis oris et operis. Verbo mentis
loquitur deus angelis et econuerſo. Item deus anime/et ecō
uerſo. Item dyabolus deo cuius tn̄ intentio deum latere non poteſt.
Verbo autem oris loquitur homo homini. et angelus homini aſſump
to corpore. Sed verbo operis loquit̄ deus dyabolo/et angelus dya-
bolo. De locucōe itaqʒ angeloꝝ nota ꝙ angelus loquit̄ deo cū in mo-
tum amiracōnis ex viſis exurgit. vel cum affectus ſuos ei pn̄tat quos
tn̄ eum non latere minime dubitat. Angelus vero loquit̄ angelo men
tis ſue ſpēs oſtendēdo mediante quadaʒ illuminacōe ſpūali irradiāte
ab ipſo. et ſic loquūtur homines hoībus. ſcʒ maiores minoribus/⁊ ecō
uerſo. Item angelus facit aliquid coram angelo. quo facto intelligit
qđ ante non intelligebat. et oēs ſic loquunt̄ oībus/ſcʒ maiores inferio
ribus/et econuerſo. Item loquit̄ angelus angelo p ꝯgnicōnem diuini

lumīs ipm̄ inſtruendo. Sic nō loquūť omnes oībus nec oīa·ſed tm̄ ſupi
ores inferioribus de his que p diuinas theophanias pcepunt· Loqui
tur aūt angel9 homini dupľr· Primo mō verbo vocali·i·aſſumpto cor
pore\ſʒ tunc ſicut non pfert ſonum in organis materialibus ſm̄ natu=
ram ita nec circulariter immutat medium quēadmodum eſt in voce na
turali· Unde non auditur niſi ab illo ad quem ordinatur· Et eſt ſimile
in apparitionibus angelorum quos quidam vident et alij eque pximq̄
non vident\vt apparet in heliſeo et puero eius. Dicunt tñ aliqui ꝙ an
gelus nunꝙ̄ apparuit vel apparet·aut loquiť homini in ſubiecta crea=
tura· Sed intentionem ſiue ſimilitudinem ponit in oculo eius·vel in=
tentionem vocis ponit in aure illius\et ibi recipit ſenſus ↄmunis ſpe=
cies illas ac deinde puenīunt ad imaginacōem\poſt hoc ad intellectū
et hoc eſt ꝙ dicitur angelum apperere vel homini loqui. Secundo mō
loquitur per impreſſionem rerum ſenſibilium inſtrumento ymaginis
et ſic loquuntur vigilantibus et dormientibus· Loquitur etiam ange=
lus dyabolo ſpeciem ſui intellectus ei ſine aliqua illuminacōne oſten=
dendo· Item loquitur dyabolus homini dupliciter \ quia quandoqʒ
ſenſum immutando·et hoc vel ymaginem alicuius rei imprimendo in
ſtrumento viſus·vel obijciendo viſui ſimilitudinem alicuius rei· Secū
do loquitur dyabolus homini per impreſſionem rerum ſenſibilium in
ſtrumento ymaginis· Et hoc quandoqʒ facit vigilantib9· quandoqʒ
dormientibus·et ſic immittit cogitationem mali· Cogitationem vero
malam non poteſt immittere niſi que tantum per conſenſum mala fit·
Eſt etiam lucutio animārum\quia anima loquitur deo per deſideriuʒ
cuius affectiones nude ſunt oculis dei et aperte· Anima eciam ſimiľr
loquitur angelo·ſed hoc per voces corporis quas bene percipit ange
lus ſicut et alia ſenſibilia·vnde et anima exiſtens in corpore aliqua ſpe
ciali poteſtate loquendi non indiget ad angelos ſed hoc habebit exu
ta a corpore· Item anima loquitur dyabolo quia ſimilitudines affecti
onum imprimuntur ſenſibus ſiue carni vbi dyabolus legit eas·

De ſpecialibus nominibus angelorum· Capitulū·xx·

DE Michael Gabriel et Raphael· Sciendum ꝙ hec ſunt pro=
pria nomina angelorum·licet et interpretationes eorū et alijs
ſint communes· Sed eorum propria ſunt quia eis horꝝ noim interpre
tacōes ↄueniunt excellentius· Michael interpretať quis vt deus·hic ē
de ordīe principatuū· Et attribuunť ei quatuor·ſcʒ eſſe ꝑpoſitum para
diſi·i·eccľie\ſicut et olim fuit princeps ſinegoge· Itē deferre aīas in
padiſum\ſm̄ hoc intelligas ꝙ gľioſi9 deferat ꝙ̄ alij Itē pugnare cū
dracōe·i·dyabolo·vt in Apoc· Itē venire i adiutoriū pplo dei· Gabriel
·i·fortitudo dei·hic ē de ordīe archangľoꝝ ⁊ merito q2 mag̃ nūciauit
Raphael·i·medicina dei·⁊ ē de ordīe angľoꝝ q̄ vnā pſonā cuſtodiūt

¶ De caſu angelorum· Capl̃m ·xxi·

Omnes angelos fecit deus bonos non tm̃ ſummos ſed medios inter ſe ſummum bonum et bonum incõmutabile quod ē creatura ita ꝙ ſi ↄuerterent̃ ad amandū quod erat ſupra ſe aſcenderēt ad ſtatum gracie et glorie Si vero ↄuerterent̃ ad bonū ↄmutabile quod fuit infra ſe hocipſo ruerūt in malū culpe ⁊ pene quod non eſt dedecꝰ peccati ſine decore iuſticie.

¶ De ſpūali caſu angeloꝝ· Ca·xxij·

Caſus dyaboli fuit duplex ſcȝ ſpūalis et localis· Spiritualis quidem qꝛ cecidit de nature puritate ad impuritatē·de liberi arbitrij culmine ad bonum flexibile·de luce in tenebras·de ſciencia ad ignorantiam·de innocentia in culpā·de felicitate in penā · de dilectione in odium·Poſt caſum em̄ factus eſt impenitens et obſtinatus in malo·et excecatus a vero·et deordinatus in bono·et infirmatꝰ in virtute·⁊ excluſus a dei ↄtemplacōe·Preterea voluntas eius ĩpia ↄuerſa eſt homini ad odium et inuidiā·Vn̄ toto conamine mittit̃ ad eius ſubuerſionem ꝑ temptacōnem multiplicem · Intm̄ aūt excecatus eſt ꝙ potius vult eſſe ꝙ̄ non eſſe vt pugnet ↄtra deum·licet ex hoc ſciat ſibi ſꝑ malum euenire·qꝛ quolibet facto ſuo quod ex libero arbitrio ꝓcedit peccat mortal̃r·

¶ De locali caſu dyaboli· Capl̃m·xxiij·

Caſus etiā localis dyaboli fuit·vel quia in infernū· vel in aerē caliginoſum qui eſt in medio interſticio aeris\corruit· Demones em̄ non ſunt in ſuꝑiori parte aeris ne lumine gaudeāt.nec ſunt in parte inferiori\ne nimis contra nos ſeuiant·Vnde notandū eſt ꝙ in demonibus tria ſunt conſideranda ſcȝ natura officium et peccatū Et nature quidem conuenit locus ſummus·i·celum in quo tanꝙ̄ in loco congruo ſunt creati·⁊ poſtmodum in natura ſi ſtetiſſent perficiendi Officio vero qđ h̄nt exercendi hoīes ↄuenit locus medius·i·aer caliginoſuſ vbi et ſatis ꝓpinq̄ ſunt nobis ad tēptādū·⁊ tn̄ nō h̄nt lumē ad gaudendū·Sȝ pc̄tō ↄuenit locus infimus ſcȝ infernꝰ·Vnde demones poſt finē mūdi qn̄ ceſſat eoꝝ offm̄ detrudent̃ inſimul in infernū·Dicūt quidā ꝙ angl̃s ceciderit ſecūda die·ſȝ ↄmūior eſt opio ꝙ pria die ſubito poſt creacōȝ ſuā ceciderit·dꝛ ↄmūiter ꝙ decimꝰ chorꝰ angl̃oꝝ ceciderit·ſȝ hoc n̄ dꝛ ꝙ decē ordines angeloꝝ fuer̄t·ſȝ qꝛ tot de ſingl̃is ceciderīt ꝙ poterāt facere choꝝ vnū

¶ De reſtauracōe ruine angelice Ca·xxiiij

Angl̃oꝝ ruina reſtaurabit̃ ꝑ ſaluādos·dicit Aug· ꝙ tot hoīes ſaluabūt̃ quot demones ceciderīt· Sȝ Greg·dicit ꝙ tot hoīes ſaluabūt̃ quot angeli ꝑſtiterīt· Dixerīt etiā quidā ꝙ duo pietes erūt ī celo ſcȝ vnꝰ hoim\aliꝰ angl̃oꝝ·Et ꝙ ruina angl̃ica reſtaurabit̃ ꝑ virgīes·et de alio piete tot erūt ſaluādi quot in alio piete ſunt vgīes ⁊ angl̃i·

¶ Quare pc̄m̄ dyaboli ſit irremiſſibile· Ca·xxv

Quare pc̄m̄ dyabl̃i ſit irremiſſibile aſſignāt̃ plr̃ime rōes

Scđo ſuadēdo malū ſub ſpē boni vt peiorare ꝑ rebꝰ alterius ꝯſuādis Tercō diſuadēdo bonū tanq̄ nociuū\vt cū diſuadet bono viro religio nis ingreſſuz ne de hoc peniteat et egrediēs ꝯfundat̄.vt qn̄ diſuadet alicui orōez vel elimoſinā vt ꝑ hoc incurrat vanā glr̄iam Quarto diſua dendo malū vt ducat ad peius\vt qn̄ diſuadet intēperanciā in victu ⁊ ſomno vt inducat in indiſcretā abſtinenciā qđ peius eſt. Impedit̄ dya bolꝰ in effectu ſue malicie multis modis.qn̄qz ꝑ terminū ſue ꝑtāti ipo ſitum a deo. Itē qn̄qz ꝑ reſiſtenciā bonoꝝ ſpūum. Habet em̄ q̄libz aīa duos angelos.ſcz vnū bonū ad cuſtodiā.aliū malū ad exerciciū. Itē ꝑ arbitriū hoīs nō ꝯſentientis. Itē qn̄qz ꝓpter pc̄ti abhomīacōez\qꝛ de mones nobilioris nat̄e pc̄tā vilia deteſtant̄. Itē ꝓpter cautelā qn̄qz o mittit facere mala vt peiora fiāt.ſicut mō nō vexant excōīcatos vt ſen tencias tales minꝰ timeāt. Ꝓtꝫ virtꝰ in dyabolo temptādi minuat̄ qn̄ vincit̄. Diuerſe ſunt opiniones. Dicūt em̄ quidā ꝙ ſupatꝰ in vno vicio ip̄m victorē nō poſſit ampliꝰ tēptare de eodē vicio.ſz aliꝰ dyabolus p̄t Alij dicūt ꝙ ſupatꝰ ī vno vicio nlł̄m de illo p̄t ampliꝰ tēptare Orig. di cit\ꝙ ſuperatꝰ ab vno vicio neminem p̄t decetero temptare. Data eſt demonibꝰ poteſtas exercēdi magicas artes multiplici rōne Prīo ad fallēdū fallaces ſicͭ egipcios et ip̄os magos .vn̄ eciā ip̄i q̄ ꝑ mođ talē acturi ſunt q̄ diuinādo ꝓdicūt. Scđo ad mouēdū fideles ne ſcz tale q̄d ꝓ magno deſiderēt cū videāt eciā et malos facere hꝰmōi. Tercō ad ꝓ bandū et exercēdū paciēciā ſc̄tōꝝ

De lucifero ſpc̄al̄r Capl̄m.xxviij

D E lucifero ſciendū ꝙ fuerit de ſupmo ordīe ſupioris ierachie Ac in illo ordīe ſupmū gradū tenuit.cui tāq̄ principi de ſin gulis ordibus mag̃ mł̄titudo adheſit quos oēs ſecū traxit Lu cifer dictꝰ ē qꝛ p̄ ceteris luxit ſue pulcritudīs ꝯſideracō eū excecauit. Primū hoīem tēptauit et vicit.xp̄m tēptauit et victꝰ ē.ꝑtatem tūc ami ſit quā vltīs tēporibꝰ recuperabit.nūc religatꝰ in fine ſoluet̄. Peccatū luciferi fuit ꝙ ſe et ſuū.priuatū bonū excecatꝰ dilexit.de altitudīe hita ꝑſumpſit.ac ꝓpriam excellenciā ambiuit.ꝙ habiturꝰ erat ex ſe n̄ ab alio et ſine meritis habere voluit ſtare cū poſſz vſqzquo gr̄a oppoueret̄ no luit.dei ſilitudinē ꝯcupiuit.n̄ quidē imitacōis ſz ꝑtātis.i.ſubditos ha bere voluit et nulli ſubditꝰ eſſe ꝯcupiuit.

De anima quid ſit ſm̄ diffinitionem Capl̄m.xxix.

P Oſt naturā coporeā et incoporeā dicendū eſt de natura ex v triſqz ꝯpoſita. Sed prīo ex ꝑte mentis. Secūdo ex ꝑte copis. Tercō ex ꝑte totiꝰ hoīs. De aīa igit̄ videndū eſt.prīo quid ſit ſm̄ dif finicōem. Porro a quibuſdā ſanctis diffinit̄ vt ſpūs.a quibuſdam vt aīa.a quibuſdā vt ſpūs et aīa. Inq̄tum igit̄ aīa naturā hꝫ ſpūs diffi nit̄ ab alexandro in li.de motu cordis. Aīa eſt ſubſtātia incorꝑea intel lectualis illuminacōez a prīo vltīa relacōe ꝑceptiua. Ex hac diffinicōe

ↄgnoſcimus ꝙ ſpūs human⁹ qui eſt aīa inter oēs creaturāſ imediate
poſt angelos illuminacōis diuine ſit ꝑceptiuus· Aīa vero inꝙtū diffi·
nitur a Remigio\ eſt ſubſtātia incorporea regens corpus· Ex hac diffi
nicōe habem⁹ ꝙ aīa eſt quaſi corporis motor et rector· Item inꝙtum
diffinit̄ a phō in li· de aīa· Aīa eſt endelechia corꝑis phiſici organici
vitam hn̄tis in potentia· Endelechia dr̄ hic actus prim⁹ ſiue ꝑfectio·
Ex hac diffinicōe habet̄ ꝙ aīa vnibilis eſt copori\ non omni\ ſꝫ ſoli or
ganico et phiſico·i·naturalr̄ ad ſuſcepcōnem an̄ie naturalis diſpoſito·
Anima inꝙtū ſpūs ab Augu·ſic diffinit̄· Aīa eſt oīm ſimilitudo · hec
data eſt diffō ꝑ ↄpacōem aīe ad creaturas · Aīa em̄ ex ſua natura ad
ſuſcipiendas ſil̄itudines oīm reꝝ coporaliū et ſpūalium eſt apta· Iteꝫ
alia deſcripcō eſt talis· Aīa eſt dei forme ſpiracl̄m vite · Hec diffītio
ſumit̄ a Gen̄·ij·et dat̄ ſm̄ ꝙ aīa ↄparat̄ ad deum ꝑut non extra duce
vel ſeminali rōne ꝓpagat̄·ſed a deo corꝑi creando infundit̄ et infūdē·
do creatur· Item Gen̄·ſic diffinit aīam· Anima eſt ſpūs intellectualis
ad beatitudinem in ſe ⁊ in corꝑe ordinatus· Hec deſcripcō dat̄ in rela·
cōe aīe ad finem ſm̄ ꝙ nonſolū ſeꝑata beatificat̄ in ſe ſicut angelus·
ymo et in corpore glorificato ipſius beatitudo ampliatur

Quid ſit anima ſm̄ rem· Capl̄m ·xxx·

De aīa ſm̄ rē diuerſas vident̄ phī ſn̄ias ꝓtuliſſe· Plato em̄ di
cit aīam eē eſſentiā ſeipm̄ mouētē. Gen̄·dicit materiā ſe mouētē· Are·
Endelechiā· Pytag·armoniā·ypo·ſpūm tenuē· Radius·lucē· Democri
tus·ſpūm ↄpoſitū ex anthomis·ypart⁹·ↄpoſitū igneū vigorē· Perme
nides\ dicit eā eſſe ex terra et igne· Epicu·aūt ex aere et igne· Int̄ has
diuerſitates nos ſeqmur dcā ſanctoꝝ et katholicoꝝ mgr̄oꝝ· dicentiū
ꝙ aīa eſt ſpūalis ſubſtātia ⁊ rōalis ad viuificandū corp⁹ hūanū ex ni
hilo creata Creata eſt inꝙ aīa ꝑfectibilis ⁊ ipſcā ꝙtū ad ſciam ꝑ vir
tutes·ꝑfectiſſima tū ē ꝙtū ad potētias naalesEt qꝛ ī icorpea ē ſenſui
nō ē ſubiecta neqꝫ ſm̄ dimēſionē extēſiua· Quātitatē em̄ hꝫ aīa vt di·
cit Aug⁹·nō dimēſiuā ſꝫ ꝑtatiuā et ꝟtualē· Et qꝛ ſimplex eſt aīa· ideo
nec augm̄ti nec decremti ē ſuſceptiua·qꝛ nec in coꝑe maiori maior· nec
in minori minor repit̄· Sicut dicit Aug⁹ Multitudo quoqꝫ potentiaꝝ
in aīa n̄ pōit maioritatē in aīe naa·ſꝫ ml̄tiplicitatē effectuū· Aīa ē etiā
vita ꝑpetua ꝑ memoriā intelligētiā et volūtatē ad ymaginē dei facta
capax ꝟtutis vel vicij ſuſceptibilis pene vl̄ ꝑmij arbitrio libera·poten
tijs ⁊ hītib⁹ ac affectōib⁹ decorata·caret pōdere figura ⁊ colore\ paſſi
bilis eſt et imutabil̄·eo magna eſt quo capax eſt eternitatis· Eo recta
quo appetens bonitatis· Eo beata quo eſt particeps deitatis·

Quid ſit anima ſm̄ nomen· Capl̄m ·xxxi·

dem racionaliſ creat̃a de nihilo facta fuit potuit deficere in ſuis actõ
nibus vt operaciones ſue non eſſent a deo·ac nec per hoc ſm deum
nec ꝓpter deum Hoc autem eſt peccatum ipſius ſpeciei·modi·⁊ ordi-
nis corruptiuum ⁊c̃· De peccato originali ſcdm rem Ca· viij·

Expedito de peccato in genere dicendum eſt de peccato in ſpe-
cie·⁊ primo de originali poſt hoc de actuali·Licet igitur ani
ma non ſit extra duce·tamen originalis culpa ab anima Ade
tranſit ad animas poſteriorum mediante carne per concupiſcentiam
generata· ita ꝙ ſicut ab aĩa peccante infecta fuit caro ade ⁊ prona ef
fecta ad libidinem· ita ſeminata ſecum trahens infectionem viciat a-
nimam· Ex quo patet ꝙ peccatum originale eſt in carne ⁊ in anima ſꝫ
in carne materialiter ⁊ originaliter· in anima vero eſt formaliter ⁊
tamꝙ̃ in ſubiecto· Sola enim anima ſuſceptibilis eſt virtutis ⁊ vicij·
Et tamen ſicut dictum eſt ex coniunctione ipſius ad corpus corruptũ
contrahit iſtud vicium·ſicut quando quis cadit in lutum fedatur ⁊ ma
culatur· Talis autem infectio anime non tantum eſt anime pena· ſed
eciã culpa· Ipſa vero culpa que eſt maccula in baptiſmo delet̃ Pena

autem que fomes appellatur ſiue peccandi promitas hec remanet poſt baptiſmum. Sic enim in baptiſmo curatur culpa quantum ad reatum dampnationis eterne. quod tamen remanet ipſa pena quantum ad actum et motum concupiſcencie cum quo nos oportet quamdiu viuimus pugnare. Non extinguitur concupiſcencia per graciam cõmunem in aliquo hommine quod dico propter beatam virginem in qua fuit extincta in cõceptione filij per graciam ſingularem. Ex predictis patet quod perſona corrumpit naturam et econtra natura corrupta corrumpit perſonam Nã per peccatum primi hominis corrupta eſt humana natura. ſed natura ſic corrupta corrumpit perſonas alias Nota autẽ quod corrupcio perſone eſt reatus mẽtis. corruptio vero nature eſt infectio carnis prout eſt prĩcipiũ ad carnem alteram. Deniqz nullo modo debet imputari deo infectio anime. licet eã creando infundat et vniat cũ carne infecta. Quoniam ordinatiſſimum fuit quod humana natura ita conderetur quod condita propagaretur. et quod pro peccato puniretur. Vnde ſicut in conditiõe ſeruatus eſt ordo ſapientie et in propagatione ſeruatur ordo nature. ſic in punitione ſeruare debuit ordo iuſticie Et ita patet quod non eſt contra diuinam equitatem ſi ad poſteros culpa tranſmittitur. Dicendum ergo quod originalis culpe tranſfuſio non eſt a deo nec a natura condita ſed a vicio primi hominis perpetrato. Et hoc eſt quod ait. Auguſtinus. Nõ peccatum originale non tranſmittit ad poſteros propagatio. ſed libido. Sic enim conditus eſt homo vt ſpiritus ſemper preeſſet corpori et corpus ſubeſſet ſpiritui quamdiu ille ſuo obediret conditori etc. Et econtra ſi ſpiritus non obediret deo. iuſto iudicio corpus inciperet ei rebellare Sicut igitur ſi adam ſtetiſſet corpus ſuum ei obediens fuiſſet et tale ad poſteros tranſmiſiſſet. Sic Adam exquo peccauit caro eius facta eſt rebellis ſibi. oportet quod tale ad poſteros eius trãſmittat et quod deus ſecundum inſtitutionem primariam eidem corpori animam infundat Ex hoc patet quod pater eſt cauſa peccati originalis in filio. ſz cauſam hic intelligas in genere cauſe efficientis. Omnes per concupiſcentiam nati. naſcimur filij ire. propter quod incurrimus defectũ multiplicem cauſa anime et corporis ad quas ſubſequitur pena mortis et pena carencie diuine viſionis et amiſſionis glorie celeſtis. non ſolum in adultis. verum eciam in paruulis non baptiſatis qui pena minutiſſima inter ceteros puniuntur. quia ſolam penam damni habent. ſiue penam ſenſus. Originale peccatum ſic curatur per baptiſmum in pente quod nihilominuſ ab eo qui curatus eſt tranſmittit in prolem peccatũ originale ſicut videmuſ circumciſus generat filium cũ prepucio. et granum nudum ſeminatum procreat granũ cum palea. Et hec eſt racio. quia homo generat filium non ſecundum quod reatus eſt in mente. ſz ſecundum quod corruptus eſt in carne. Nõ ſecundum quod ſpiritualis ſed ſecundum quod carnalis.

De peccato originali ſm nomen. Capłm . xi.

O Riginale peccatum habet multa nomina ⁊ hoc multiplici rõe. Secundum enim ꝙ originale peccatum comparatur ad aiam vocatur infirmitas. quia reddit animam impotentem reſiſtẽdi motibus. Item feditas quia per ipſum anima maculatur. Item pꝛauitas quia per continuam inclinacionem appetitus ad malum Item corruptio. quia ducit ad nihilum. i. ad peccatum. Item viciũ. qꝛ eſt diminutio bonorum naturalium. Item languor nature. quia durat in natura corrupta. Habet eciam nomina ſcdm ꝙ comparatur ad corpus. quia vocatur lex carnis eo ꝙ lege diuina carni ſit inflictum ⁊c. Item lex membrorum. quia mouet organa ad opera concupiſcencie Item tyrannus propter dominacionem. quia violentia in ipſa cõcupiſcibili Itẽ fomes / quia ſicut cinis fouet ignem ita per ipſum fouetur peccatum in carne ſm actum nutritiue ⁊ generatiue. Item ſtimulus carnis quia ſtimulat carnem ad primos motus ⁊ ad animum ⁊ ad conſenſum. Habet quoqꝫ nomina prout comparatur ad actus delectabiles. ſm hoc vocatur cõcupiſcentia que ſonat vicium in actu prout eſt vicium in adultis. Item concupiſcibilitas que ſonat vicium in potentia prout eſt in paruulis. Habet etiam nomen ſm ꝙ comparatur ad primum hominẽ a quo contrahitur. ſic vocatur peccatum originale. quod eſt carentia debite iuſticie.

De primis motibus. Capitulum. .x.

C Vm peccatum aliud ſit actum / aliud contractum. Ipſum peccatum actuale frequenter habet ortum a primis motibus Pñ ſciẽdum ꝙ in ſtatu innocentie non moueretur ſenſualitas niſi ſm motum rationis Ideo ſtante homine non poterat in eo eẽ peccatũ etiã veniale. Nunc autem quia ſenſualitas rationi repugnat. Ideo per primos motus neceſſe habemus committere peccatum veniale Primi motus ⁊ſi particulariter ⁊ ſigillatim poſſint declinari omnes tamen nullo modo poſſunt cauere. quia ſic ſunt peccata ꝙ ſunt etiam pene peccati. Et ideo merito dicuntur venialia / quia hocipſo ſunt digna venia. Primus motus ſic deſcribitur / ꝙ omnis motus ſenſualitatis ſm ĩpulſum fomitis impetuoſe tendens ad fruitionem creature delectabilis. Duplex motus diſtinguit̃ ꝙtũ ſpectat ad preſentẽ materiã. ſcꝫ p̃io prim⁹ qui ẽ naturalis. ⁊ ſcdo prim⁹ q̃ ẽ ſenſualitatis Cũ ergo loquit̃ de primis ꝙ ſint pc̃ã intelligendũ eſt de ſecũdo primis. qꝛ primo primi nõ ſunt peccata / cum ſint naturales / ⁊ extra genus moris. Quod patet ꝑ hoc / quia non ſequitur ymaginationem ſed ſolũmodo naturalium qualitatum actionem Motus autem ſecundo primi ſunt peccata qꝛ ſunt actus inordinati in genere moris. qđ patet per hoc ꝙ tales motus ſunt ſenſualitatis que ſubiacet in talibus dominio volũtatis. Volũtas autem

eſt principium moralium·ſicut habetur·vij·mathe·hinc eſt ꝙ ibi gen⁹
moris incipit vbi primo dñium voluntatis inuenitur·Hoc autem eſt in
ſenſualitate Quamuis ergo propter rationem predictam ſit in ſenſua
litate peccatum·non tamen hoc erit mortale ſed tantūmō veniale · qꝛ
voluntas non habet dominium completum ſuper primos motus qui
ſunt ſenſualitatis vt in illis actib⁹ qui per imperium rationis proce=
dunt Sed habes in eis dominium incompletum ſicut eſt ī illis actib⁹
qui non ex imperio rationis procedunt·Et tamen voluntas tales mo
t⁹ ſenſualitatis impedire poterat·ꝛ ideo ſunt peccatū veniale Primi
quoqꝫ mot⁹ idcirco ſenſualitati aſſcribuntur quia talium motuum pri
cipium eſt ſenſualitas ꝛ ſubiectum· Dicendum ergo ꝙ primi motus
ſm predicta ſunt peccata venialia triplici ratione · Primo quia mo=
uet ad illicitum Secundo quia ſunt quodamodo voluutarij non ſm ſe
ſed quia ſicut dictum eſt nō impediuntur a voluntate Vel eciā ꝓpter
precedentem apprehenſionem Tercio propter delectationem annexā ·
Cum enim anima ꝑ delectationem coniungiẗ creature obtenebratur
ꝛ peioratur·ſicut quando coniungitur deo illuminatur ꝛ melioratur ·
Nota ꝙ homo pronior eſt ad malum quam ad bonum multis de cau
ſis Primo quia ſicut dicit·Apłus·Corpus quod corrumpitur aggra=
uat animam·trahens illam ſcilicet ad malum ꝛ non ſit erigens ad bo
num·Scdo quia ſicut dicit Auguſtinus·Plus valet malum inolitum
ꝙ̄ bonum inſolitum·Tercio quia naturaliter eſt facilius deſcendere
ꝙ̄ aſcendere· ꝛ vnus trahit magis deorſum ꝙ̄ decem ſurſum · Quar
to qꝛ incitans ad malū preſens eſt·ſed finis virtutis abſens eſt·Delec
tabile autem apprehenſum per ſenſum vel per ymaginacionem quaſi
de neceſſitate mouet concupiſcenciam Quinto quia plures circumſtan=
cie requiruntur ad bonum ꝙ̄ ad malum·Sexto quia tendimus ad no
ſtrum principium ſcilicet ad nihilum· Septimo quia fomes qui mo=
uet ad malū ſp itra nos ē·gꝛām vo quā ꝗrim⁹ extra nos ē Octauo qꝛ
vires aīe ſunt actiue ad diligēdū tꝑalia·ſꝫ paſſiue et materiales ad ea
q̄ ſunt gracie ꝛ glorie·qꝛ nō poſſunt habere virtutes ꝑ modū acquiſi
cionis ſed per modum recepcionis·Vnde et malum poſſum⁹ acere ꝑ
os ſed bonum non poſſumus facere ſine gracia adiutrice·

De moroſa delectatione et conſenſu in peccatis· Ca·xi·

Delectacio carnalis moroſa mortale peccatum eſt·Sed nulla
dicitur moroſa niſi quādo ex conſenſu eſt·Vnde non intelligi=
tur hic mora temporis ſꝫ conſenſus· Sciendum egro ꝙ delectacio ſi
ſiſtit citra conſenſum veniale peccatum eſt · Si vero procedit vlteri=
us conſenſus· ita ꝙ vult interius in delectatione voluptari · nec ta=
men vult in opus procedere talis inquam conſenſus eſt inter morta=
lia computandus maxime ꝙ intelligi de peccatis carnalibus·ꝛ cetera

Verūmtamen iſte conſenſus in illecebram duplex eſt· Quia conſenſus in illecebram·aliquis eſt ſubitus non prehabita deliberacione· ſed ex ſola corrupcione racionis ꝙ precedit appetitus ſenſualitatis in primo motu· Tal' conſenſus dicitur ſubcepcio·⁊ eſt peccatum veniale· Alius eſt conſenſus in delectacionem motuum qui eſt ex deliberacione raci= onis·⁊ iſtud eſt peccatum mortale·vt dictum eſt· Si autem racio cōſen tit cum deliberacione que fit per raciones diuinas hoc modo·q2 omne lege dei prohibitum eſt vitandum Tunc dicetur eſſe peccatum in ſupi ori parte racōis· Sed ſi deliberacio fit per raciones hūanas·hoc mō omne in quo tranſcenditur medium virtutis eſt vitandum tunc dicit peccatum eſſe in inferiori parte racionis· Adhuc procedit conſenſus vlterius quādo ſcilicet preponit opus conſumare tunc voluntas profe cto computatur eciam ſi facultas deſit proficiendi opus ipſum· Si ve ro ſequitur conſenſus ⁊ opus in hijs que lege diuina ſmt prohibita peccatum eſt mortale conſūmatum· Ex predictis collige diſtinctionem quia delectacio duplex eſt ſcilicet volūtaria ⁊ naturalis· In delectaci= one pura naturali·nec eſt meritum nec demeritū· Voluntaria duplex eſt·quia alia eſt in creatore·alia in creatura· Delectacio que eſt in cre= atore bona eſt· De qua dicit· Pſal·Memor fui·dei·⁊ de·ſu·⁊c· Que= dam autem in creatura duplex eſt·quedam propter deum ⁊ hec bona eſt· Sed ſumitur delectacio pro operacione racionis non pro paſſione De qua·Pſalmi· Delectaſti me dn̄e in fa·tua· Quedam eſt contra de= um· Et ſimilter hec duplex eſt·quia quedam eſt non contra deum· ſed preter deum·⁊ hoc peccatum veniale dicitur·quedam vero contra deū eſt·⁊ hoc eſt peccatum mortale·

De peccato veniali Capl'· xij·

Peccatum veniale minoris eſt culpe· Nam in paruulis poſt ba ptiſmum primo ſurgūt veniatia·poſt hec mortalia Veniale au tem peccatum eſt vt ait· Auguſtinus·qd hominem vſq3 ad re atum perpetue mortis nō grauat·ſed penā meretur ⁊ nec facile indul= getur· Peccatum veniale ſemper eſt a valuntate ad hoc mouēte·vel p mittente vel non cohibente· Peccatum aliud eſt veniale trib9 modis Primo modo ex genere·ſicut verbum ocioſum eſt veniale· Secundo modo ex euentu ſcdm'ꝙ per penitenciam de mortali fit veniale· Ter cio modo ex cauſa vt quando fiunt quedā ex infirmitate vel ignorācia que licet quandoq3 ſmt mortalia·tamen dicuntur venialia vel remiſſi= bilia ex ꝯparacōe ad pc̄tm̄ ꝙ fit ex certa malicia ꝙ ē irēiſcibile morta le ex ſuo genere·ſicut ē fornicari· q2 tale quid eciā ſi fiat ex īfirmitate tūc ſemp eſt mortale· Sciēdū ꝙ peccatū vēiale nūꝗ poteſt mortale fi eri·ita videlic3 ſi īrelligat' idē ſ·ſubſtāciā ꝙ pri9 fuit vēiale mortale fieri Et hoc neq3 ꝗtū ad actū neq3 ꝗtū ad maculā Racio huius eſt q2 nulla res poteſt mutare ſpeciē ſuam· Peccatū aūt mortale ⁊ veniale

ſunt diuerſe ſpecies peccati·Verūtamē actꝰq̄ ex ſe ē de genere venia
lis poteſt fieri mortalis q̄tuor modis Primo mō ex ꝯſcia q̄a quicquid
fit ꝯtra ꝯſciaȝ edificat ad gehēnaȝ·eciā ſi ſit ꝯtra eroneam ꝯſciēciaȝ
Et hec eſt racio quia cum in peccato duo ſint ſcȝ auerſio ⁊ conuerſio·
Penes primum iudicatur peccatum quoniam a uerſio a deo eſt quaſi
formale·⁊ conuerſio ad creaturam quaſi materiale·Quamuis ergo le
uare calamū de terra videatur leue vel indifferens·tamen quando fit
ꝯtra cōſcienciam peccatum eſt·quia ſpernitur bonū incōmutabile·⁊ ita
fit auerſio a creatore·Scdo ex conplacencia·Vnde·Augꝰ·Nullū pec-
catum adeo veniale ꝙ non fiat mortale dum placet·Tercio ex diſpoſi-
cione quia per freq̄ntez lapſum in venialia diſponitur homo ad mor
tale·Et ſcdm hoc intelligitur illud·Gregorij·Vitaſti grandia \ vide
ne obruaris harena·hoc dicit quia ſic ſepe de peccatis minimis veni-
tur ad magna·ſicut de modica ſcintilla quandoq̄ȝ ſurgit magnꝰ ignis
Prouerbiorum·Qui negligit minima palatim defluit·Quarto ex pro-
greſſu quia qn̄ inſurgit veniale ſi nō prohiberetur poſſit progredi vſ-
q̄ȝ ad mortale non quia ipſum veniale in ſubſtancia fieret mortale·ſed
quia ex ipſo occaſionaliter fieret progrediēdo mortale·Iſtud patet
in primis motibus qui inter venialia computantur·Sed quando de-
lectacio conualeſcit intantum quia conſenſus accidit iam peccatū eſt
mortale ⁊c̄·Differēncia eſt inter peccatum mortale ⁊ veniale·quia pec
catum veniale eſt libido ſiue voluptas in creatura citra deum·Morta
le vero eſt libido ſiue voluptas in creatura ſupra deum vel eque deo·
Rectus enim ordo eſt vt bonum inconmutabile preferatur cōmutabi-
li ⁊ honeſtum vtili ⁊ voluntas dei noſtri nrē voluntati ⁊ racio ſenſua-
litati quando iſte ordo peruertitur·tunc pecatum cōmittitur·Vtrum
aliquis poſſit eſſe vel viuere ſine peccato veniali·dum eſt in hac vita
videndum eſt·Ad ꝙ dicendum eſt ꝙ ſi loquitur de tota vita homis
qui peruenit iam ad etatem adultam·de excellente ac ſpeciali gracia
eſt·ꝙtalis ſine peccato veniali ſit·Sicut videtur beatus·Auguſtinus
dicere de beata virgine·Si autem loquimur de aliqua particula vite
preſentis·ſic poteſt aliquis eſſe ſine peccato veniali Iſtud patet per ex
empla quia nauta poteſt ſingl'a foramina nauis in numero obſtruere
ne aqua intret·Sed non poteſt anima ſimul obſtruere vt aqua nuſq̄
intret·Vnde eciam caritas perfecta non facit ꝙ peccatum veniale nō
adueniat ſed facit ꝙ non duret q̄zadmodum caminus ignis non facit
vt gutta aque ſibi non apponatur ſed facit vt appoſita cicꝰ extinguat̄
Perfecta enim caritas ſtatim inflammat hominem vt de peccato veni
ali doleat ⁊ peniteat ꝙ non facit caritas imperfecta·Vnde ī imperfe
ctis agregāt̄ multa vēialia per que fit ad proſtracōȝ maior diſpoſicio

¶ De effectu peccati venialis Capitulum· xiij·

Effectū peccati venialis multiplex eſt. Primus quia ad penā
obligat. nō autem determiate ⁊ preciſe obligant ad penam
eternam vł purgatoriam vel preſentis ſatiſfactionis. ſed ad
aliquam illarum penarū. Quoniā ſm forum eccleſie pſentis ſatiſfacit
homo leuiter. Sed ſm forum purgatorij punieť homo grauius. Sed
ſecundum forum inferni punietur pro veniali grauiſſime quia eternali
ter ſi cum mortali et veniali deceſſerit. Exemplum eſt de hoc ꝙ menſu
ra vini que valet in loco vno. vj. denarios. ſi ducitur vlterius valȝ vnū
ſolidum ſi ducitur adhuc vlterius valet duos ſolidoſ. Pena tamē illa
in inferno pro veniali incomperabiliter minor eſt q̄ illata ibidē pro
mortali eſt ſicut ſoliditas. Illata pro veniali ibidem eſt ſicut ſuperfi-
cies. Illata pro veniali in purgatorio eſt ſicut linea. Illata pro veni-
ali in preſente eſt ſicut punctus. Vnde ſicut illa quatuor ſunt impro-
porcionabilia. ita inter penas predictas magna eſt differencia. Secun
dus effectus eſt ꝙ peccatum veniale animam maculat Et ponitur tale
exemplum. Aliquando enim denigratur aliqua ymago depicta intm̄
vt videre nō poſſit. Aliquando em̄ ſic obſcuratur vt videri quidē poſ-
ſit ſed non plene diſcerni. et ideo propter talem differenciā dicit Gre.
ꝙ veniale obſcurat. mortale obtenebrat. De macula vero illa dicitur
ꝙ in ſaluādis omne peccatum veniale deleť in preſenti a gracia finali
et hoc quantum ad culpam. et non quantum ad penam. ymo illa ſoluē-
tur in purgatorio Delet autem gracia finalis peccatum veniale in ipa
diſſolucione corporis et aīe ex virtute ꝯpletiōis et ſui ſtatꝰ q̄uis non
ſit motꝰ ꝯtricōis ad idem directus. ſecundum hoc intelligitur verbū
Auguſtini qui dicit ꝙ in purgatorio poteſt eſſe abſolutio a pena et nō
a culpa hoc ab antiquis dictum eſt. ſed modo ꝯūiter teť ꝙ peccatum
veniale hinc deferatur a multis eciam q̄tum ad culpam ⁊ in purgato-
rio purgatur. Quia dominus dicit de quibuſdaȝ peccatis ꝙ nō remit
tuntur neque in hoc ſeculo neqȝ in futuro. Nō exponit. Gregꝰ. ꝙ veni
alia dimittuntur in futuro ꝙ ſi intelligatur quantum ad penam tantū
tunc exponit gregorius. ꝙ nulla eſt quia eciam mortalia quantum ad
penam purgantur que hic ſoluta non ſunt. Tercius eſt ꝙ minuit feruo
rem caritatis. ſicut aquam in ignem proiectam licet ignem non extin-
guat feruorē tamen illius temperat. Quartus eſt ꝙ potencias anime
in operibus bonis laſſat. ſicut quando ponitur onus ſuper equū minus
eſt promptum ad ambulandum Quintus eſt ꝙ retrahat a gloria quia
homo qui deberet ⁊ poſſet ſtatim poſt mortem euolare cogetur pro-
pter venialia ad tempus in purgatorio expectare ⁊c. Nūquam enim
ab aliquo facies dei videbitur donec ſoluat per penas minimum qua-
drātē vēialiū peccatorū. Oportȝ em̄ quēlibȝ ita mūdū eſſe ante ītroitū
paradiſi. ſicut fuerat ī īnocēcia baptiſmali. Sextꝰ ē ꝙ bona celeſtis

hic per meritum repoſita que debent ſi venialia non fierent quia me-
dio tempere poſſent aliqua bona fieri qn̄ fiūt illa. Preterea poſt per-
petracionem venialium oportet nos quedam opera ↄuertere ad ſolu-
cionem horū debitorꝝ per que nobis debeat creſcere cumulus eterni
premij. Septimus effectus eſt ꝙ venialia ſepe ſunt ocaſio peccatorꝝ
mortalium. ⁊ hoc quatuor mōis ſicut habes ſupra titulo primo Vbi
dr ꝙ actus qui ex ſe venialis eſt poteſt fieri quatuor modis mortalis.
Hoc eſt eciam ſingl'ariter aduertendum ꝙ ſicut ad remiſſionem pc̄ti
mortalis exigitur deſercio actus peccandi cum voluntate in̄ poſterū
abſtinendi. Sic quoqȝ peccatum veniale in̄ pn̄ti non dimittitur niſi ⁊
actu et ꝓpoſito deſeratur. ¶ De vicijs capitalibus. Capl'm. xiiij.

Peccatorum actualium. vnum eſt inicium. duplex radix. triplex
fomentū. ſeptiforme caput. Vnū iniciū dicimꝰ ſuperbiā Iuxta
illud Inicium omnis peccati ſuperbia. Duplex vero radix eſt
ſcȝ timor male humilians. ⁊ amor male accedens. Tamen omnis timor
ortum habet ab amore. Nullus em̄ timet aliquid perdere niſi quia a-
mat illud habere. Triplex peccati fomentum eſt. ſcilicȝ tria que ſunt in
mundo. Hoc eſt cōcupiā carnis. concupiā oculorum. ⁊ ſuperbia vite.
Septiforme caput. ſcilicȝ ſupbia inuidia ira accidia auaricia gula lu-
xuria. Inter que ſunt quinqȝ ſpūalia. duo vero carnalia Sufficiencia
vero horum ſeptem viciorꝝ ſic poteſt colligi. Voluntas noſtra ſic deor-
dinatur Aut quia appetit non appetendū. Aut quia refugit ꝙ non eſt
fugiendum Si primo modo. aut eſt interius. ⁊ ſic eſt vana gl'ia. Aut
exterius ſic eſt auaricia. Aut inferius ⁊ tūc eſt delectabile. ſcōm illud
delectabile. aut eſt ad ↄſeruacōez indiuidui. ⁊ ſic eſt alimentum ꝙ ap-
petitur inordinate a gula. Aut eſt ad cōſeruacōez ſpeciei. et ſic eſt coi-
tus qui appetitur a luxuria ⁊c. Si autem voluntas deordinatur qa re-
fugit qd̄ n̄ ē fugiēdū. Poteſt eſſe tripliciter. Aut em̄ ſcōm ꝑuerſum i-
ſtinctum racionalis et ſic eſt inuidia. Aut ſecundū inſtinctum iraſcibi-
lis et ſic eſt ira. Aut ſecundū inſtinctum concupiſcibilis. et ſic eſt acci-
dia. Ex hijs patet ꝙ quatuor ſunt principia appetibilia. Et tres ſunt vi-
res ſecundum quarum inſtinctum eſt fuga. Ideo tantum ſunt ſeptem
capitalia peccata. Peccata q̄ dicta ſunt quādoqȝ publice ſe oſtendūt
vt quando directe ſunt. quandoqȝ vero ſub quadam ſpecie boni pallia-
ta decipiunt. Vnde ſuperbia quādoqȝ dicit ad hoc volo preeſſe vt poſ-
ſim prodeſſe Ita dicit non debet illata mala tolerari ne conſueſcant in-
ferri. Inuidia dicit alijs bona non cupio ne in ſucceſſibus eleuantur.
Accidia dicit ad hoc mihi in laboribus parco ne indiſcrecōis arguar.
Auaricia dicit ad hoc ſunt multa ↄgreganda ne ꝓpter inopiā ↄmit-
tatur furtum vel rapina. Gula dicit ad hoc eſt corpus cibis ⁊ potibꝰ
delicacioribus nutriendum vt ſit forcius domino ſeruiendū. Luxuria

dicit/ad tempus debet quiſqꝫ ad libitum viuere ⁊ poſtea fortiter pe=
nitere. Septem vicia ſeptem beſtijs ꝯparant̃ Vana gl'ia ꝯpartur leõi
Inuidia cani. Ira lupo. Accidia aſino. Auaricia ericio. Luxuria porco
Gula vrſo. Alio modo ꝯparantur ſeptem vicia ſeptem infirmitatibꝰ.
Vana gloria ꝯparatur inflationi. Inuidia lepre. Ira freneſi. Accidia
litargie. Auaricia ydropiſi. Luxuria febri. Gula epilenſie. Septem vi
cia xp̄i paſſione curant̃ . Capitis in cruce inclinatio curat ſuperbiam .
Oratio ꝓ inimicis iram. Aperitio lateris inuidiam. Portatio crucis ac
cidiam. Traditio ſpūs patri/corpis cruci/matris diſcipulo/veſtiū cru
cifixoribus. hec/inquam/curant auariciā. Flagellatio luxuriam. Pota=
tio fellis gulam. ¶ De ſuperbia Capitulum .xv.

Nunc dicendum eſt de ſeptē vicijs in ſpecie. Et primo de ſuper
bia/que eſt regina oīm vicioꝝ. Eſt aūt ſupbia/ vt ait Augꝰ .
peruerſe celſitudinis appetitus. Idem. Superbia oībus inui=
det/ſcꝫ ſupioribus qꝛ illis ñ equat̃. inferioribus ne ei equāt̃. pibꝰ qꝛ ei
equāt̃. Supbia dr̄ iniciū omnis peccati triplici rōe. Prio ꝓpter cām q̄
inuenit̃ in omni peccato. qꝛ in omni peccato inuenit̃ ꝯtemptus dei/ qui
eſt quedam cauſa peccati. Iſte aūt ꝯtemptus eſt auerſio a creatore/q̄
in omni peccato eſt/vbi ꝑponitur bonū ꝯmutabile bono incōmutabili.
Quia ſicut ſine caritate alie virtutes nihil ſunt/ita ſine ſupbia alia vi
cia nihil ſunt. Abſtrahe ſuperbiā ⁊ habebis grām . qꝛ ſuperbis deus
reſiſtit/humilibus aūt dat grām. Connexum em̄ inꝑtum huius nō ē
receptiuum ſꝫ ꝯcauum. Secundo qꝛ primū principiū peccatorū fuit ſu
perbia. Hoc em̄ genere peccauit dyabolus in celo. ⁊ primus homo in
paradiſo. Tercio qꝛ ex ea naſcuntur alia vicia ſm prius ⁊ poſteriꝰ. hoc
eſt mediate ⁊ immediate. Sicut habetur ſupra in titulo de effectu vici
orum. Eſt aūt inter ſuperbiam ⁊ vanam gloriam talis differentia. qꝛ li
cet vtrobiqꝫ ſit appetitus ꝓprie excellētie tn̄ ſuperbus apparet ſibi ma
gnus intra. Sed vaniglorioſus appetit in ore alioꝝ apparere ꝑ laudē
extra. Diuerſa peccata dicuntur radices ⁊ inicia ſiue cauſe aliorū pec
catorum diuerſis reſpectibꝰ. Superbia em̄ dicitur iniciū propter tres
cauſas ſupra enumeratas. Libido etiam dicitur cauſa omnis peccati.
Sicut dicit Augꝰ. ⁊ hoc propter delectationem creature/ que inordi=
nate trahit animam ⁊ auertit a ſummo bono . Eſt em̄ libido improba
voluntas qua mouetur anima rationalis ad hoc ꝙ delectetur in crea=
tura. Cupiditas etiam dicitur radix omnium maloꝝ. ſicut dicit Apl's.
⁊ hoc ꝓpter eandem cauſam ſicut libido. Eſt em̄ libido cupiditas ex a=
more inordinata ad creaturam. Luxuria etiam/ſm Caſſianum/dicitur
radix omnis peccati. quia carnales delectatiōes ſunt nobis naturales
Ad naturalia autem proni ſumus ⁊ difficulter reſiſtimus Inanis gl'e
ſeptem ſunt filie/ſm Grego. Prima eſt inobediētia qꝛ vaniglorioſus

ī nullo vult videri inferior\quod fieret ſi faceret mandātum· Secun
da eſt contentio quia vult vincere cum clamore \ ⁊ per hoc apparere ·
Tercia eſt iactantia qua quis enumerat bona ſua vt laudabilis appa=
reat Quarta eſt ypocriſis que querit hominibus in exterioribus appa
rere· Quinta eſt pertinacia que factum ſuum malum vel dictum defē=
dit ne erraſſe videatur· Sexta eſt diſcordia \ que contra omne dictum
aſſumit contrarium propter vanam gloriam· Septima eſt nouitatum
preſumptio qua quis noua vel dicit vel inuenit vt laudetur · Quatuor
ſunt ſpecies ſuperbie\quas aſſignat Grego·xxxij· Job· Prima eſt cum
homo a ſeipſo eſtimat bonum habere quod habet· Secunda ſi deſup
datum credit\pro ſuis tñ meritis accepiſſe putat· Tercia cum iactat ſe
habere quod non habet· Quarta eſt quando ceteris deſpectis ſingu=
lariter vult videri· Per primam ⁊ ſecundam ſpeciem iniuriatur homo
deo in ſe· Quia per primam ponit ſe homo totam cauſam ſui boni· ſed
ī ſecunda ponit ſe cauſam principalem· In tercia vero ſpecie iniuriatᷓ
homo deo in proximo· In quarta aūt iniuriatur deo in hoc quod nō
habet· Grad⁹ ſuperbie ſm Berñ· ſunt duodecim· Qui ſunt curioſitas
mentis leuitas\inepta leticia\iactantia\ſingularitas\arrogantia\pre=
ſumptio\peccatorum defenſio\ſimulata ꝯfeſſio\rebellio\libertas pec
candi\conſuetudo· Numerus illorum ſic accipitur· Homo ꝑ ſuperbiā
iniuriatᷓ deo ⁊ homini cui debet eſſe par· ⁊ homini cui debet eſſe infe
rior· Sex primi gradus determinantᷓ ſm iniuriam primi qui debet eē
par· Quatuor ergo alij ſm iniuriā que fit homini ſupiori· Due vltime
determinantᷓ ꝓprie ꝗtum ad iniuriam que deo immediate fit· Hoc idō
dicimus qr ⁊ ſupiores gradus in deum redundant\ſʒ mediante prio·
Gradus aūt vocatᷓ qr fit a minori ꝓgreſſus vſqʒ ad maiorem· Prim⁹
eñ malus eſt· ſecundus eſt peior· ⁊ ſic aſcendendo\inuenitᷓ ꝙ vltim⁹ eſt
peſſimus· Vnde iniuria que reſpectu paris eſt minor· illa vero que eſt
reſpectu ſuperioris eſt maior· ſed illa que eſt reſpectu dei eſt maxima·
ꝓpter quod ⁊ taliter iſti gradus ordinantᷓ· Supbia multa mala facit·
Primo id quod dei eſt vſurpat ſcʒ gloriam· Yſa· Gloriam meā alteri
non dabo· In bonis eñ operibus que facimus duo ſunt videlicet ho=
nor ⁊ vtilitas· ſed primum dominus ſibi reſeruat· aliud nobis tribuit·
Vnde debemus deo partem ſuam relinquere\ſi noſtra parte nolum⁹
ſpoliari· Secundo perfectos viros impugnat· Superbia enim eſt ꝗſi
turris babel\que vſqʒ ad celos ·i· vſqʒ ad celeſtes viros debebat per
tingere· Aug⁹· Superbia etiam bonis operibus inſidiatur vt pereāt·
Vnde ſuperbia inexpugnabilis eſt ſicut caſtrum in alto monte ſito ·
Tercō grā dei hominē denudat· Petrus· Supbis deus reſiſtit humi
libus aūt dat gratiam· ij· Regum · Mons Gelboe nec ros nec pluuia
veniant ſuper vos· Vnde ſm naturam connexum non eſt receptiuum

ſed concauum. Quarto hominem deo priuat. Hugo de ſancto victore. Superbia aufert mihi deum. inuidia proximum. ira meipſum. Superbia deo eſt odibilis. Prouerb. Tria ſunt que odit deus. Pauperem ſuperbum ꝛc. Deum impugnat. quia vexillum inimici ſui id eſt dyaboli ponit in caſtro ſuo. ⁊ deponit vexillum xp̄i ſcꝫ crucem quam ſemper homo deberet portare. Scd̄m illud. Qui vult venire poſt me abneget ſe metipſum ꝛc. Dyabolo hominem aſſimulat. Ipſe eniꝫ dyabolus eſt rex ſuper omnes filios ſuperbie. Unde ſicut dominus ait de caritate. In hoc cognoſcunt omnes quia mei eſtis diſcipuli ſi dilectionem habueritis adinuicem. Ita poteſt dyabolus de ſuperbia. In hoc cognoſcunt omnes homines. Hominem ſtultum demonſtrat. quia ancillam ornat. ⁊ dominam nudam relinquit. Item quia magna pro modico vendit. id eſt laudem. Item quia credit ſe poſſe cum ſuperbia illuc attingere vbi iam dyabolus exiſtens non potuit cum ſuperbia remanere. Deijcit. quia ſcandentes in altum defacili cadūt. ⁊ qui ſe eleuant ſub hoſtio humili defacili caput ledunt.

De Inuidia. Capitulum .xvi.

Inuidia eſt\ vt ait Aug⁹. odium felicitatis aliene. Uel ſcd̄m Dam̄. Inuidia eſt triſticia de alienis bonis. Dicitur autem inuidia a non videndo\ quia nō poteſt videre bona aliorum. Unde diſplicentia boni que eſt inuidia poteſt notari per viſionem interioreꝫ vl' exteriorem. Sicut vult Sen̄. dicens. Quicquid mente fugimus ingeſtum oculis vix videmus. Quinqꝫ filias habet inuidia\ ſm̄ Gregoriū Prima eſt odium quod eſt velle malum alicui ⁊ nolle bonum. Secunda eſt exultatio in aduerſis proximi. Tertia afflictio in proſperis proximi. Quarta ſuſurratio\ que eſt detractio latēs. Quinta detractio. hec autem fit in aperto. intenditqꝫ melior apparere illo cui detrahit. Inuidia multa mala facit. De lumine cecatur\ quia bona proximi videre n̄ poteſt. Unde inuidus comparatur noctue ⁊ veſpertilioni. Auguſtin⁹. Oculis egris odioſa lux que puris eſt amabilis. De vita morit̄. Gregorius. Panis vitam fortium roborat. paruulorū necat. Unde inuidia comparatur febricitanti\ cui etiam boni cibi ſunt contrarij. Deo cōtrariatur. Quia tam bonus eſt deus\ vt ait Aug⁹. ꝙ etiam de malis bonum eliciat. Sed econuerſo iſti tam mali ſunt ꝙ de bonis malum eliciant. Item diuina bonitas omnia ſua communicat. iſti vero non. Item deo placet bonum hominis. ac malum diſplicet. iſti autem eſt ecōuerſo Bonum gratie ⁊ nature peruertunt. Unde ſicut omnia munda mūdiſ ſic iſtis omnia ſunt immunda. ⁊ ſicut bonis mala omnia comparantur in bonum. ita inuidis bona comparantur in malum. Unde tales conuertunt etiam aurum in cuprum. gemmas in lutum. granum in paleaꝫ vinum in aquam. mel in fel. diem in noctem. gaudium in merorē. roſaꝫ

ĩ paludem·balſamum ĩ ſterquilinium·electuarium ĩ venenum·Ho=
minem maledictum·Jſaie·Ve qui dicunt bonum malum ⁊c·Stultum
efficit·nimis em̄ errat qui ſibi vult idcirco vnum oculum erui ꝙ etiã
alij vnus eruatur·ſic facit inuidus ⁊ dyabolus\ quia per hoc ꝙ alijs
inuident ſibi magis nocent·Auctorem ſuum torquendo ledit·Senec·
Vtinam inuidi in omnibus ciuitatibus aures ⁊ oculos haberent · vt
de omnibus profectibus torquerentur proximum·Fraudulenter deci=
pit·Vnde inuidus comparatur cani qui blanditur in facie ⁊ mordet a
tergo·Item Jude qui oſculo xp̄m tradidit·Item homini peruido qui
ledit hominem qui eum nunq̄ moleſtauit·

De Jra· Capitulum ·xvij·

IRa eſt\vt ait Augꝰ·vlciſcendi libido·Scd̄m Caſſiodor·Jra
eſt motus animi concitatus ad penam · Hec eſt diffinitio ire
per vicium\non per zelum·de qua ⁊ hic eſt agendum·Jra igitur du=
plex habet eſſe·ſcʒ eſſe nature\⁊ eſſe moris·Prout ergo deordinat ab
optimo habet eſſe morale quo vicium eſt·quia ira non eſt peccatum ra
tione pure paſſionis·ymmo pena·Sed cum hoc dicit quandam occaſi
onem per quam deordinat hominem\⁊ q̄tum ad deum\⁊ q̄tum ad p
ximum·Vult em̄ a ſe expetere ex ſe vindictam quam non debet niſi a
deo expetere·vel a iudice ſub deo conſtituto Vtrum autem quis tene
atur remittere iniuriam inimico petenti·Nota diſtinctionem·Quia ex
iniuria ſolent oriri tria·Primum eſt rancor in affectu·ſcd̄m rancoris ſi
gnum in affectu·tercium eſt actio contra iniuriantẽ·Primum tenetur
quilibet ſtatim remittere\⁊ſi non rogetur·Secundum tenetur remit=
tere veniam veraciter petenti·i·parato emendare ſm̄ facultatem ſuã·
Tercium non tenetur remittere·Si vero ſcire volueris vtrum ille cui
facta eſt iniuria debeat amiciciam querere · Sciendum ꝙ duplex eſt
debitum·Primum eſt neceſſitatis\ſine qua non eſt ſalus·Secundum ẽ
perfectionis·Quantum ad primum non tenetur quis reconciliationẽ
querere·Sed de ſecundo dicit Criſoſt·ꝙ talis debet reconciliationẽ
querere vt duplicem coronam conſequatur·Vnam quia iniuriam paſ
ſus eſt·Alteram quia prius rogauit Deus ponit tres gradus circa re
atum ire\cum dicit·Omnis qui iraſcitur fratri ſuo reus erit iudicio·
Qui autem dixerit Racha reus erit concilio·Qui autem dixerit fatue
reus erit iehenne ignis·De his dicendum\ꝙ vbi creuit gradꝰ culpe
creuit ⁊ ordo ſententie·Vnde recte ira ſine voce iudicio·ira cum voce
concilio·ira cum ſermone contumelie gehenne ignibus mancipatur ·
Scd̄m Auguſtinum·Eſt enim in prima ira tantum·in ſecunda ira⁊vox
in tercia ira ⁊ vox ⁊ expreſſio irriſionis·Dicit autem Gregorius·ꝙ iu
dicio eſt cauſe diſcuſſio·concilium ſententie·diffinitio gehenne ignis ·
ſententie executio·⁊c·Notandum ꝙ reddere malum pro malo eſt fra=

gilitatis·ſicut fecit Job qui interfecit Abner ſcz interfectorem fratris
ſui Azahel·Sed reddere malum pro bono hoc eſt peruerſitatis· ſicut
fecit Judas tradendo dominum·Reddere bonum pro malo perfectio
nis eſt·ſicut fecit Stephanus quādo pro inimicis orauit· Reddere bo
num pro bono eſt equitatis·ſicut fecit Aſuerus quando Mardocheum
honorauit· Filie ire ſm̄ Gregorium ſunt ſex· Prima eſt rixa\ hec ē au
dax voluntas vindicandi iniuriam facti precedens Secunda eſt timor
mentis·hec eſt voluntas vindicandi fugiēs aduerſitates propter eſti·
matas inimicicias Tertia eſt contumelia·que eſt voluntas ſe vindicās
per exprobrationem malorum·Quarta clamor·que eſt voluntas ſe vin
dicans in exaltando vocem per vituperium ad aurem aliorum perue·
niens·Quinta indignatio\que eſt voluntas ſe vindicans per ſignū mo
leſtie exterius declaratum Sexta blaſphemia\que eſt voluntas ſe vin
dicans per opprobrium deo vel ſanctis illatum· Ex ira veniunt multa
mala· Hoſpitium ſpiritusſancti turbat· Gregorius· Dum ira animum
pulſat ſanctoſpiritui hoſpitium ſuum turbat·Nam ſicut in pace fact9
eſt locus dei·ſic in diſcordia locus dyaboli Tales ſunt etiā incendiarij
domus dei·Pſal· Incenderunt igne ſanctuarium tuum in terra · Vñ
iſti ſunt ſiles draconi qui emittit ex ore ignē Qd̄ dei eſt ſibi vſurpant
ſcz vindictam·Pſal·Michi vindictam ⁊ ego retribuam ·Talis facit ſe
iudicem\⁊ deum vult eſſe tortorem·Sicut dicit beatus Auguſtinus·
Ait malus in orationibus ſuis·Domine occide malum inimicum meū
Reſpondit dominus·Quem veſtrum·ambo enim eſtis mali·ymmo ta
lis vult eſſe actor ⁊ iudex in eadem cauſa·Stultum ſe demonſtrat · qꝛ
per cor ſuum mittit gladium vt ledat tunicam inimici ſui ·ymmo ſi ſa·
pienter faceret prius ſe de ſeipſo vindicare deberet ·iram ſcilz per ze·
lum aduerſus iram ſuam per vicium aſſumendo· Limam purgatiōis
conuertit in rubiginem deprauationis· Aduerſitates enim que ipſum
deberent a peccato mundare per impatientiam magis inquinant · Et
fornax mutat eis aurum in cuprum·⁊ flagellum ex grano facit ibi pa·
leam·Duram ſententiam in iudicio expectabit · Cum enim dominus
improperabit quibuſdam·Nudus fui ⁊ non cooperuiſtis me·Quid di
cturus eſt iſtis qui non ſolum nudos non veſtiunt ſed ⁊ veſtitos ſpoli
ant·Bellum mundi\carnis\⁊ dyaboli contra ſe inſtaurat·ſed ſapiētes
ſedant minores guerras propter maiores qui imminent· Malam fa·
ciunt commutationem·quia auferenti palium bone fame dant tunicam
innocentie·Remedia ire ſunt ſilencij obſeruatio· Prouerb·Cum defe·
rint ligna extinguetur ignis·Preterea ſicut ex colliſione duorum cor·
porum elicitur ignis·ſic ex amaris verbis aliquorum ira·Mollis exci
tatur reſponſio·Prouerbi·Reſponſio mollis frangit iram Sermo du
rus excitat furorem·Idem· Quaſi qui canem auribus ⁊c· Dominice

Hic ſolent cantare
heretici lutherani in
ſuis pſalmis her her
[illegible] des bapſts und
des teufels reich [illegible]
[illegible] ex mora [illegible]

paſſionis deſideratio·Gregorius· Si paſſio domini ad memoriam re-
uocetur nihil adeo durum quod non equanimiter tolleretur·Hoc ſig-
nificatur Numeri·Ubi reſpicientes ſerpentem eneum ſanabãtur·Pre
mij tolerantie animaduerſio·Unde Gregorius· Conſideratio premij
vim flagelli minuit·

De acidia Capitulum ·xviij·

Acidia eſt de virtutum laudabili exercitio vtriuſqȝ hominis
languida deiectio Item alia diffinitio·Acidia eſt diffidentia
de proprijs viribus ⁊ auxilio dei implenda ardua · Duo nomina ſunt
huius vicii ſcilicet triſticia ⁊ acidia · Horum autem nominum eſt hec
ratio·quia in iſto peccato eſt auerſio a ſpirituali bono / quod eſtimat
graue·ſicut eſt ieiunium ⁊ huiuſmodi·⁊ ratione huius dicitur triſticia
Eſt etiam ibi conuerſio ad creaturam ſcilicet ad quietem/que eſtimat
leuis·⁊ ratione huius dicitur acidia· Patet ex his ꝙ hoc vicium ꝓut
vocatur triſticia opponitur letitie ſpirituali/que eſt in exercitio ſpiritu
ali·Sed prout vocatur acidia opponitur fortitudini/ que conſiſtit ĩ ag
grediendis arduis ⁊ ſuſtinendis aduerſis · Acidia denominatur ab
acedine/quia per eam habet anima tedium de omni ſpirituali difficili
Acidia/ſm Gregorium/ſex habet filias·Prima vocatur malicia·que
eſt/ſm Auguſtinum/voluntas machinanti malum alicui· Cum enim
quis iniuriatur alicui/tunc iraſcitur ⁊ poſtea triſtatur·Secunda deſpe
ratio·quia diffidentia meritorum mater eſt diffidentie premiorum· ex
quo iterum oritur triſtitia·Tertia eſt puſillanimitas·que naſcit ex dif
fidentia proueniente ex conſideratione proprie infirmitatis vel operis
arduitatis·Quarta rancor·qui eſt inueteratum odium· Sicut enim ex
caritate ſunt opera bona/ex quibꝰ eſt confirmatio caritatis·ita ex ira
eſt acidia·ex acidia vero vetuſtas ire·Quinta torpor circa precepta id
eſt quedam inſenſualitas propter quam homo non poteſt induci ad ex
ecutionem mandatorum dei·Sexta euagatio mentis circa illicita Hec
autem euagatio quandoqȝ eſt particularis/⁊ certam habet materiam
⁊ ſic conuenit omnibus vicijs·Quãdoqȝ eſt generalis ⁊ incerta·⁊ hec
eſt propria euagatio acidie ·Qui enim abſorptus eſt triſticia non ha-
bens in ſe vbi delectetur euagetur ad omnia querens delectationem·
Ex acidia eueniunt multa mala·Preceptum domini negligit· Geneſis
In ſudore vultus tui·Maledictionem incurrit· Exemplum de ficu cui
dominus maledixit·quia folia tantum habuit· Diſcrepat a ceteris cre
aturis·Exemplum eſt in corporibus inanimatis ſicut in ſole ⁊ luna qui
quotidie mane ſurgunt ⁊ perficiunt curſum ſuum· Idem patet in ani
matis corporibus ſicut arbores ⁊ herbe/que licet in hyeme nude ſint
tamen virtutem ſeruant ⁊ tempore ſuo redeunt ad cõſueta· Item oſtẽ
ditur in ſenſibilibus· Prouerbiorum· Uade piger ad formicam ·⁊c·

precioſum tempus p̃dit·quod eo precioſius eſt\quia breui hora poſ
ſet quis obtineri veniam gratiam⁊ gloriam·Et tamen ſm Bernardū·
nihil vilius tempore reputatur·quia dicunt ocioſi homines·Venite
deducamus tempus Spirituale lucrum negligit·quia qui non merca
tur in nundinis poſtea non habebit·Prouerbi·Propter frigus piger
arare noluit·Incitamenta viciorum colligit·Prouerb·Per agrum ho
minis pigri tranſiui\⁊ ecce totum repleuerat vrtice·cooperuerunt ſup
ficiem eius ſpine·Nota ꝙ aqua corrumpitur quiete·⁊ ferrum contra=
hit rubiginem·⁊ porcus mactandus permittitur inquiete pigueſcere
Locum dyaboli preparat Quia hō ocioſus eſt quaſi puluinar dyaboli
Et ollam tepidam libenter muſce inſident\que feruentem fugiunt·Tē
ptationibus patet·Vnde legitur in collationibus patrum·ꝙ monachū
operantem vnus demon pulſat·ocioſum vero innumeri·Eſt em̄ homo
ocioſus quaſi vrbs abſqȝ murorum ambitu·⁊ quaſi ſignum poſitū ad
ſagittam·Morem peruertit·Quia vult metere ⁊ nō ſeminare·ſicut cat
tus qui libenter piſces comedit ſed eos non libenter capit Geneſ·In
certum eſt quo loco te mors expectet·ideo tu illam in omni loco expe=
cta·Furem fodientem parietem non repellit·Mors fur eſt⁊ quottidie
tollit vnum aſſerem·id eſt vnum diem·Math·Si ſciret vtiqȝ paterfa=
milias qua hora fur ve·Receptaculum ſordium ſe facit·Bernardus·
Omnium temptationum ſentina eſt ocium·Ipſum eſt em̄ occaſio luxu=
rie·Regum Factum eſt eo tempore quo reges ad bel·⁊c·Item occaſio
eſt nugarum·Actuum·Athenienſes ad nihil vacabant·Item occaſio
eſt curioſitatis·Thimo·Diſcunt circuire domos·Stulticiam oſtendit
quia tonitrua audiens non fugit·Tonuit autem criſtus in cruce·⁊ in p̄
dicatione·tonebit etiam in die iudicij Item ſtultuſ eſt qui immūdicias
de oculo non eijcit·Math·Stulte eijce primo trabem·Ad celeſtia ve=
nire negligit·quia vix ad locum quis perueniet qui vnum pedem mo=
uet hodie ⁊ alium poſt annum·Sic ⁊ illi quorum motus eſt pes intel
lectus ⁊ non pes affectus cum tamen ſit affectibus ambulandum·

De auaricia Capitulum ·xix·

Auaritia eſt\vt ait Tullius\immoderatus amor habendi·Itē
auaricia eſt ſm Bernar·Quarumlibet rerum inſatiabilis ⁊ in
honeſta cupido·Auaritia ſm Apoſto·dicitur ydolorum ſeruitus·qa
homo auarus exhibet creature quod debet creatori\ſcȝ fidem ſpem ⁊
dilectionem·hoc em̄ auari exhibent pecunie·In hoc ergo ſpecialiter
reprehenduntur iſti·quia rei viliſſime amorem ſuum exhibēt ſcilicȝ pe
cunie que de terra tollitur quam natura infima ordinauit·Dicitur in
Eccleſiaſtico\ꝙ auaro nihil eſt ſceleſtius·Et hoc propter quatuor cau
ſas Primo quia omnia fere ſcelera pro auaritia perpetrantur·vt furta
luxuria ⁊ hmōi·Secundo quia contra legem nature eſt·Lu·Quecūqȝ

vultis vt faciant vobis homines ⁊ vos. Tercio quia cōtra legem ſcri
ptam eſt. Luce. Eſtote miſericordes. Quarto quia contra legē vniuer-
ſalem eſt. que eſt in omnibus rebus que compelluntur ſe dare. Aua-
rus vero quaſi captiuas detinet res ne ſe cōmunicare poſſint. Utrum
autem cuiqꝫ liceat theſauros condere. Notandum ꝙ theſauriſare ex
affectu auaricie eſt abſqꝫ omni intentione neceſſitatis/ ꝓprie vł aliene
Et hoc modo theſauriſare eſt omnibus prohibitum. Alio modo the-
ſauriſare ex ꝓuidentia. ⁊ hoc vel ex conſideratione neceſſitatis. ⁊ hoc
conceditur parentibus ſecularibus. ob neceſſitatem filio educandorū.
vel filiarum coniugio tradendarum. non autem ditandarum. ſed ſer-
uato modo ⁊ ſtatu perſone. Uel eſt theſauriſare ex conſideratione pu
blice vtilitatis ſcilicet regni defendendi. vł cultus dei ampliādi. Sic
conceſſum eſt regibus theſauriſare. Perſonis vero eccleſiaſticis nūꝙ
licet theſauriſare nec etiam pecuniam tenere intentione ſeruandi. Am
bro. Aurum habet eccleſia nō vt ſeruet ſed vt eroget. Ex predictis pa
tet ꝙ dupliciter poteſt eſſe amor pecūie ſiue temporalium ſcꝫ reſpectu
neceſſarij/ vel reſpectu ſuperflui. Contra primum prohibet dominus
preuocantem ſollicitudinem. Contra ſecundū prohibet theſauriſacōēꝫ
Ex auaricia ſequuntur multa mala. Primo quia a deo auarus maledi
citur. Auguſtinus. Maledictus diſpenſator auarus cuius largus eſt
dominus. Semper eget. Jheronimus. Auaro tam deeſt quod habet
ꝙ̄ quod non habet. Stultus mercator eſt qui regnum celorum. ymo
ipſum criſtum vendit pro paucis denarijs. Et in hoc ſepe peior ē aua-
rus homo ꝙ̄ ipſe Judas. qui pro triginta denarijs vendidit criſtum.
Jſte autem interdum pro vno denario Corpus euiſcerat. quia diuitie
acquiruntur cum labore. poſſidentur cum timore. amittūtur cum dolo-
re. Unde ipſi laborant ⁊ alij ſepe labores eorum intrant. ſcilicet fures
raptores vł certe mali filij. Jſti ſimiles ſunt aranee que faciendo telā
pro capiendis muſcis ſeipſam euiſcerat. Mentem ſuffocat. Auguſtinꝰ
Naufragium fugis ⁊ plumbū amplecteris. Unde Socrates maſſam
argenti in mare proijciens dixit. Mergam te ne mergas me Jnquinat
Exodi. Filij iſrael ſeruiebant egiptijs in luto ⁊ latere. Excecat. Exem-
plum in Thobia. qui excecatus eſt ſtercore hirundinum. Cor dilacerat
Unde diuitie comparantur ſpinis. Jnſatiabilis eſt. Unde comparat̄
ſacco perfuſo. ⁊ inferno. qui nunꝙ̄ dicit ſufficit. ⁊ mari cui omnia in-
fluunt. ⁊ tamen non redundat. ⁊ ydropico. Filie auaricie ſunt ſeptem/
ſm̄ Gregorium. Prima obduratio cordis. Et fit obmittendo faciēda.
Jſtam filiam vocat Jſidorus inhumanitatem. Secunda violentia. hec
fit nocendo alicui palam per mala facta. quam vocat Jſidorus rapaci
tatem. Tercia inquietudo. hec eſt appetitus lucri. Quarta periurium.
quod ſepe incidit in emptione ⁊ venditione. Quinta fallacia/ que fit ꝑ

verba decipientis in oculto·Sexta fraus\hec eſt deceptio perfecta·
⁊hoc in preſentia illius qui decipitur·Septima proditio que eſt idez
ꝙ deceptio que fit in abſentia decepti·

De gula· Capitulum ·xx·

Gula eſt\vt ait Auguſtinus\immoderata cibi auiditas·Item
gula eſt vorax edacitas nature finibus non contenta·Quinqz
modis peccat quis circa gulam vt dicit Gregorius·Primo cum quis
horam comedendi preuenit·Et fit hoc propter impatientiam expectā
di tempus debitum·Secundo cum quis querit cibaria precioſa ⁊ de-
lecata·De quibus Ouidius·Eſt virtus placidis abſtinuiſſe bonis·Sz
contra hoc fecit diues ille qui epulabatur quottidie ſplendide·Tercō
quando quis menſuram excedit ſcilicet nimis comedendo·Sciendum
autem ꝙ illud quod vni eſt medium ⁊ menſura debita alteri eſt exceſ-
ſus·Vnde menſura non conſiſtit in cibi quantitate·ſed in comedentis
qualitate·Veruntamen quidam ſuum ieiunium recompenſant poſt-
modum ſuperfluitate nimia·Sz quid eſt hoc aliud ꝙ̄ dare duos obu-
los pro vno denario·Quarto quando nimis ardenter ⁊ feſtine come-
dit quis·Non enim vſus ciborum·ſed concupiſcentia in vicio eſt·Quin
to quando nimis ſtudioſe quis cibaria ſua preparat·Bernardꝰ·Non
ſapores ſed fames excitet appetitū·In omnibꝰ his ſumenda ſunt non
voluptas ſed que requirit neceſſitas·Contingit aūt peccatū eſſe circa
diminutionem cibi·ſicut circa ſuperfluitatem·Filie gule ſunt quinqz\
ſm̄ Gregoriū·ſcz ſcurrilitas quia gula mouet ad verba ſcurrilia Mul
tiloquium ſcz detractio vituperia ⁊ alia verba inania·Inepta letitia·
Laſciuia carnis ſiue geſtus corporis inordinatꝰ laſciuiam mentis de-
monſtrans·Immūdicia ſcz que ſolet prouenire ex gula\vt eſt vomitꝰ\
⁊ eructuationes vetide ac luxuria ebitudo mentis id eſt ſubuerſio rati
tionis·Gula duo complectitur·ſcilicet comeſſationem ⁊ ebrietatem·et
proprie loquendo parſimonia opponitur comeſſationi·⁊ ſobrietas ebri
etati ¶ Gula nocet multipliciter·De paradiſo eiecit hominem·Exem-
plum in Adam·Spiritualia bona perdit·Exemplum in Eſau qui pro
cibo vendidit primogenita·Dyabolo domum preparat·Euangeliſta·
Mitte nos in porcos ⁊c·Seruum contra ſe animat·Prouerbiorum·
Qui delecate nutrit ſeruum ſuum ſentiet eum contumacem·Luxuriam
inducit·Exemplum in Loth·Homicidia perficit·Exemplum in Iohā-
ne baptiſta qui in conuiuio periit Inducit mortem nature·Prouerbi
Propter crapulam multi perierunt Gen̄·Quacunqz hora comederitis
Inducit mortem culpe·Apoſtolus·Vidua viuens in delicijs mortua
eſt·Inducit mortem gehenne·Luce·Diues epulo ſepultus eſt in infer

no. Remedia gule ſunt quatuor Primum eſt ſpiritualium ciborum fre
quens ſumptio. Mathei. iiij. Non in ſolo pane viuit homo ſed in omni
verbo dei. Secundum future carnis noſtre conſideratio. Iheronimus
De facile contemnit omnia qui ſemper ſe cogitat moriturum. Tercium
eterne cene meditatio. Lu. Homo quidam fecit cenam magnã. Quar
tum famis criſti. et ſeruorum eius penſatio. Trenorum. Recordare pau
pertatis mee abſintij et fellis.

De luxuria. Capitulum xxii

Luxuria eſt de immundis deſiderijs veniens lubrica et mẽtis
carnis proſtitutio. Itẽ luxuria eſt libidinoſe voluptatis appe-
titus. Et intelligas hic appetitum qui eſt ex conſenſu rationis. quia ta
lis appetitus eſt mortale peccatum. Dicitur etiam mortale peccatum.
quando ratio non cohibet huiuſmodi appetitum cum poſſet. Differen-
tie luxurie ſunt octo. Prima eſt fornicacõ. que eſt ſoluti cum ſoluta. Se
cunda eſt meretricium. Qđ fit dupliciter. ſcȝ vel vagam libidinem cũ
diuerſis ſectando. vel cũ publice venali concũbendo Tercia eſt adulte
rium. quo coniugalis thorꝰ violatur. Quarta ſtuprum quo virginalis
integritas corrumpitur. Quinta ſacrilegium quo continẽtia deo ſacra
ta leditur. vt in religioſis et clericis in ſacris ordinibus conſtitutis. et
in his qui emiſerunt votum continentie. Sexta inceſtus quo vinculuȝ
conſanguinitatis vel affinitatis vel compaternitatis corrumpitur. Se
ptima peccatum contra naturam ſiue ȝodoma quo naturalis vſus coe
undi peruertitur. Notandum etiam ꝙ aliquid eſt contra naturam ſpe
ciei. aliquid contra naturam generis. Primo modo omne peccatum
mortale eſt cõtra naturam. quia in rationali creatura remurmurat ſin
deriſis contra omne peccatum. Sed ſecundo peccatum ſodomie cõtra
naturam eſt quia non ſolum in homine. ſed etiam in brutis diuerſi ſe-
xus conueniunt in coitu. Unde ſi alio modo ſit contra naturam gene-
ris eſt. Octaua eſt libidinoſus coitus coniugalis. Qui multipliciter ac
cipitur. Coitus enim coniugalis. alius eſt licitus. alius fragilis. alius
impetuoſus. Licitus dupliciter fit ſcȝ cauſa prolis ad cultum dei. Uel
cauſa reddendi debitum. Uel cauſa fornicationis vitande non in ſe ſȝ
in coniuge. Primus eſt pietatis. Secundus iuſticie. Tercius cautele. et
in his nullum dicitur eſſe peccatum. Fragilis eſt quando fit cauſa de-
lectationis. Et tunc diſtinguitur. quia ſi amor delectationis illius pre-
ponitur deo. peccatum mortale eſt. Si vero poſtponitur tunc ipſum ve
niale eſt. Impetuoſus vero eſt qui ex ſola libidine proueniens metas
honeſtatis et rationis tranſcendit. Et hoc tunc fit quinque modis.
Primo cauſa ſatiande libidinis per meretricias blanditias. Secundo.
cum fit contra naturalem modum. Tertio cum fit tempore prohibito
Quarto cum fit loco prohibito. Quinto cum acceditur ad pregnanteȝ

vicinam partui.vel que eſt in fluxu menſtruo.Filie luxurie\ſm Greg.
ſunt octo.Prima eſt cecitas mentis. Quia ſm Auguſtinum\in opere
luxurie tota ratio abſorbetur. Secunda inconſideratio ſcʒ mortis ⁊ in=
ferni.Tertia eſt inconſtantia ſcʒ ad cogitandum.⁊ nunc iſtud nunc illō
deſiderandum.Quarta amor ſui\quo aliquis deſiderat longam vitā.
ad hoc vt expleat voluptatem ſuam.Quinta precipitatio qua quis pre
cipitanter currit ad peccandum exponens ſe periculo mortis propter
luxuriam faciendam.Sexta odium dei \ quod fit qua deus abſtrahit
⁊ punit eos qui ſequuntur carnis delitias ad quas inclinat luxuria.
Septima affectus preſentis ſeculi ſcʒ appetitus bonorum diuitiarum
ſanitatis fortitudinis.⁊ hui⁹modi.per que luxurioſus finē ſuū ↄſequit̄
Octaua deſperatio futuri ſeculi. que eſt diffidentia glorie vel venie
conſequende.⁊ hec eſt filia luxurie conſūmate.Luxuria nocet multipli
citer.Deo eſt contumelioſa quia templum eius inquinat. Demonibus
placita.Job.Behemoth dormit in locis humentibus.Subiecto ꝓprio
nociua.Apoſtolus.Qui autem fornicatur in corpus ſuum peccat.Pro=
ximum ſcandaliſat.Ozee.Facti eſtis laqueus ſpeculationi\ ⁊ rethe ex=
panſum ſuper montem thabor.Animam propriam damnat.ij. Regum
Non recedet gladius meus de domo tua ⁊c.Hoc dicitur ad Dauid ꝑ
pter Berſabee.Viliſſimo dominno ſubijcit carnē ſcʒ ſenſualitati Geñ.
Quia audiſti vocez vxoris tue pluſꝗ̄ me.ideo maledicta terra in ope
ruo.Mentem infatuat.Oſee.Vinum ⁊ mulieres auferunt corp. Remedia
luxurie ſunt occaſiones fugere.Job.Pepegi fedus cum oculis meis.
Prouer.Qui tangit picem inquinabitur ab eo.Eccl.Qui tenet eam q̄ſi
qui apprehenderit ſcorpionem.Mortis extrema cogitare.Prouerbio.
Fili memorare nouiſſima tua ⁊ in eter.non pecca.De ſe non perſumere
Quia cecidit ſanctiſſimus Dauid.ſapientiſſim⁹ Salomon.fortiſſimus
Samſon.Frequenter ſe occupare.Jeronimus. Semper aliquid boni
operis eſt agendum.Carnem domare.Euangl.Hoc gen⁹ demoniorꝫ
nō eijcitur niſi in oratione ⁊ ieiunio.Temptationi in principio reſiſtere
Geneſis.Ipſa conteret caput tuum.

Quando ſeptem vicia ſint venialia\⁊ quando mortalia. Ca.xxij.

Omnia peccata predicta ꝙuis ſemper ſint peccata \ non tamen
ſemper ſunt mortalia.Unde videndum eſt quando vnūqḋqʒ
ſit mortale vel veniale.Uana igitur gloria ex genere eſt veni
ale.quia genus operis ſumitur ex obiecto. Uanum autem ſm ſe non
eſt obiectum mortalis culpe ſed venialis.Unde cum vana laus ſit h⁹
peccati obiectum\patet ꝙ non eſt ſemper mortale peccatum. Erit tam̄
vana gloria mortalis dupliciter ſcilicet ratione finis propter quā laus
appetitur. Opus nanqʒ tale eſt quale eſt illud propter quod appetitur

Item ratione operis in quo laus queritur. Circa primum ergo dicen
dum ꝙ quadruplici fine laus appetitur. Primo ad vitandum malum
infamie. ſicut Samuel ſe laudauit. j. Regum. Secundo propter vtilita
tem aliquam ſpecialem. vt eſt gloria dei, vel edificatio proximi. Sicut
Paulus ſe comendauit. ij. Corinth. xj. Tercio propter lucrum auaricie
Sicut phariſei qui deuorabant domus viduarum ſimulantes longaſ
orationem. Mathei. xxiij. Quarto propter aliquem actum venialis pec
cati. ſicut quando quis laudari vult eo ꝙ venialiter in laude delectet̄
Primum eſt prouidentie. Secundum caritatis dei et proximi Tercium
eſt peccatum mortale. Et idem intelligendum eſt quandocunqꝫ morta
le peccatum ponitur finis alicuius operis. Quartum eſt veniale ¶ Se
quitur ſecunda cauſa, quare vana gloria ſit mortale peccatum ratione
operis per quod laus queritur. Hoc aūt poteſt fieri tripliciter. Quia
laus quandoqꝫ queritur per opera illicita. Quandoqꝫ per opera ex ſe
indifferentia. Quandoqꝫ per opera virtutum. Si primo modo ſic eſt
tale peccatum quale eſt illud illicitum ſcꝫ mortale vel veniale. Si ſecū
do modo ſic eſt peccatum veniale. vt eſt habere diuitias vel veſtes p̄
cioſas cum abuſu talium in laudem. Verumtamen ſi talia de ſe ſunt
ordinata vt ſint occaſio mortalis peccati. ſm ꝙ mulier cum ornatu me
retricio ad capiendas animas preparatur. Vel ſi factum illud eſt illi
citum ex ꝓhibitione ſupioris, ut ornamenta et hmōi. Cum accederet p̄
ceptum eccleſie ſic ſunt peccata mortalia Si tercio modo. i. ſi laus que
ratur ꝑ opera virtutū. Hoc eſt dupliciter. Quia vel appetitus laudis
adiungitur operi virtutis tanq̄ incidens. ſicut contingit in cantu et in
p̄dicatione qn̄qꝫ. et ſic eſt veniale. Vel laus eſt finis principaliter pre
ſtitus opi virtutis et opanti. ita ꝙ ibi ꝯſtituat finem vltimū. et ſic ē mor
tale. qꝛ tūc inheret ei vt fini vltimo. Nota ꝙ maius eſt peccatum glo
riari de bonis ſpūalibus q̄ de tpalibus, quia minus habent motum.
eo ꝙ minus appareant extra q̄ temporalia. Inuidia eſt mortale pctm̄
ex ſuo genere. quia. cum ſm Remigium ſit de alieno bono, dolori con
trariatur directe caritati, que non emulatur ſed congaudet. j. Corint.
Caritati vero nihil eſt contrarium niſi mortale peccatum. Tamen illd
qd ex genere eſt mortale p̄t eſſe veniale inq̄tum vel in pmo motu cōſi
ſtit. vel extra rationem ſuam trahitur. Dolor ergo de alieno bono eſt
quadrupliciter. Quia aut eſt motus primo primus ex natura veniens
Sicut quidam naturaliter inuidi ſunt. et hoc nullum eſt peccatum, cū
nullo modo ſit in poteſtate noſtra. Vel eſt motus ſecundo primus, qn̄
ſcꝫ appetitꝰ ſine ꝯpleta deliberacōe tali paſſione afficitur. et ſic eſt veni
ale peccatum. Vel eſt actus voluntarius deliberatiue. et ſic eſt morta
le pctm̄. vt̄ trahit̄ ꝑ intēcōꝫ extra ſuā rōem, vt qn̄ dolor de alieō bono
ſurgit ex cā ſua. ſic qn̄ dolet aliqs de bono tpali alteriꝰ. qꝛ videt illud

redũndare ĩdetrimentũ anime illius·vel etiã ĩ detrimẽtũ ↄmũitatis
Et talis dolor bonus eſt· quia maius bonum magis eſt appetendum·
Notandum vero ꝙ per dolorem boni comprehenditur gaudium de
malo·quod ex ipſo cauſatur· Ira ex ſuo genere eſt mortale peccatum·
Quia ſm Caſſiodorum· Ira eſt animi concitatus motus ad penam p=
uocans inferendam·Talis autem motus contrariatur caritati\que nõ
irritatur\nec cogitat malum·j·Corinth· Ira igitur vel dicit iram zeli\
que eſt detaſtatio vicij·ꝛ hoc non eſt peccatum\ ſed eſt perfectionis·
Poteſt etiam ſibi quis per hunc modum iraſci·Sicut dicit Gloſa ſup
illud Pſal· Iraſcimini ꝛ nolite peccare· Quid\inquit\eſt homo peni=
tens niſi homo ſibi iraſcens·vel dicit remiſſionem affectus circa proxi
mum per quam homo nõ dolet de malo proximi·nec gaudet de bono
eius·ſed eſt ei indifferens·ꝛ ſic non eſt mortale·ſed eſt imperfectio ca
ritatis·Vel dicit actualem impatientiam abſqʒ appetitu vindicte· Et
talis motus etiam deliberatiuus eſt veniale peccatum·quia habet cõ·
pletam rationem ire·ſicut patet ex ſupradicta diffinitione· Vel dicit
impatientiam cum appetitu vindicte·Et hoc tripliciter Quandoqʒ eñ
hoc eſt a natura\ſicut in melancolicis\in quibus ſm Phm̃· continue
mordetur natura·propter quod ſemper ſunt turbulenti· Et ſic nullum
eſt peccatum·cum ſit motus naturalis Quandoqʒ eſt ab appetitu inde
liberato·ꝛ tunc eſt veniale ſicut alij primi motus·Quandoqʒ eſt a vo=
luntate deliberatiua·ꝛ tunc eſt mortale peccatum· Accidia ex genere
eſt veniale peccatum·quia ſm Auguſtinum· Accidia eſt tedium inter
ni boni·hoc autem non opponitur caritati\ſed dicit diminutionem fer=
uoris caritatis\in quo conſiſtit omne peccatum veniale· Iſtud ergo te
dium\vel eſt motus naturalis·ꝛ ſic nullum eſt peccatum·Vel eſt mo=
tus appetitus contriſtati de opere ſpirituali loborioſo·ꝛ ſic veniale eſt
Quamuis etiam ille appetitus ſit deliberatiuꝰ·quia conſenſus in veni
ale non eſt niſi veniale·Accidia vero\ſicut dictum eſt\ex genere ꝛ per
ſe venialis eſt·Vel hoc tedium redundat in obmiſſionem eorum que
ſunt neceſſaria ſaluti·Et tũc eſt mortale·Si aũt tedium illud ex obmiſ
ſione boni ꝛ difficultate aggrediendi bonũ ducit in deſperacõnem·tũc
iam accedit ad peccatũ in ſpm̃ſanctũ·Etſi tediũ illud ita creſcit ꝙetiã
ducit in tediũ vite int m̃ ꝙ inijciat ſibi manꝰ·tũc iam ſimilis erit Jude
qui loqueo ſe ſuſpendit·Auaricia\ſm Tulium\eſt immoderatus amor
habendi·Hec igitur aut conſiſtit in appetendo· vel in acquirendo· vel
in retinendo·Si primo modo·hoc eſt quinqʒ modis·Primo quia ap=
petit aliena appetitu ↄpleto qꝛ pcederet in opus ſi eſſet facultas·ſic ẽ
mortale·Secũdo qꝛ appetit illicita volũtate completa· vt ſi aliquis in=
dignꝰ conat̃ beneficium eccleſiaſticum adipiſci·ſic iterum eſt mortale·
Tercio ſi appetit talia ſiue ſint aliena ſiue illicita cum voluntate condi

tionata ſcʒ·ſi poſſet habere ſine offenſa dei\ac iniuria proximi · ꝛ tunc vel nullum vel veniale peccatum eſt·ſiue talem conditionem actualiter addat\vel habitualiter eam intēdat·Quarto ſi ſimpliciter appetit habere ſuperflua·ꝛ hoc appetitu ſuffocante mentem a ſua cura·ꝛ conſideratione diuinorum·ꝛ ſic eſt mortale peccatum·Quīto ſi ſuperfluo amore inheret temporalibus·ꝛ tamen infra deum ꝛ eius amorem·hoc veniale eſt·Si autem auaricia conſiſtit in acquirendo·Hoc eſt tripliciter Quia vel acquirit res iniuſte quocunqʒ modo·ꝛ tunc eſt mortale · vel acquirit res per tale opus aut artem\vel officium·quod per ſe mortale eſt peccatum·etiam ſi ſine lucro eſſet·ꝛ tunc eſt mortale·Vel acquirit talia per operationem illicitam\que eſt veniale peccatum·vt cū q̄s verba iocoſa componit ad lucrum·ꝛ hoc eſt veniale·niſi aliquis ꝓpter delectationem diſſolutionis totaliter det ſe talibus · tunc eſt mortale · Dico autem ꝓpter delectationem·quia ſi aliquis ꝓpter neceſſitatē per talia ſuſtentationem ſibi conquireret cum aliam artem neſciret lucroſam·non reputarem eum in ſtatu damnandorum·Si autem ipſa auaricia conſiſtit in retinendo·Hoc poteſt eſſe quinqʒ modis Primo quia retinet ſcienter ea que reſtituere tenetur ꝛ animo retinendi·ſic eſt mortale peccatum·Secundo quia retinet ea que ad neceſſitatem ſuam pertinent ꝛ ſuorum·vel ad conſeruationem ſtatus ſui·et ſuoꝝ\ſm ꝙ decʒ ſuam dignitatem·hoc non eſt peccatum·Tertio quia retinet ſuperflua reſpectu vtriuſqʒ iam dictorum · et hoc tempore extreme neceſſitatis alicuius·ſic eſt mortale peccatum·Quarto quia retinet ſuperflua etiaʒ citra extremam neceſſitatē ex inſatiabili cupiditate·ſic eſt mortale peccatum·Precipuum autem ſignum talis affectus eſt\ꝙ quis potiꝰ res putreſcere ſinit apud ſe q̄ꝫ vtiliter diſpēſis alijs· Quinto quia retinet ſuperflua ex inordinato amore temporalium per quem modicum deficit a medio largitatis\ſaluo tamen ſtatu virtutis·ſic eſt veniale Nota ꝙ auaricia ex genere eſt mortale·ab Apoſtolo ydolatrie comparatur non quia ſit de ſpē illius pc̄ti\cū non habeat actū eius·ſʒ qꝛ aliquid ſimile facit ydolatrie·ſcʒ ſeruiēdo creature potius q̄ꝫ creatori·Gula eſt ex genere veniale pc̄tm̄\qꝛ appetitꝰ ꝯmedendi ex ſua rōne nō ſubiacet dominio volūtatis·Gula eſt imoderatus appetitus ꝯmedendi· Quod poteſt eſſe quinqʒ mōis·Primo ſi eſt ibi ſolꝰ appetitꝰ cibi· ꝛ hoc nunq̄ꝫ eſt pc̄tm̄·Nec etiā delectatio cibū ꝯſequens eſt peccatū\ inq̄ꝫtum ordinatꝰ ꝯtra defectū ſibi ꝯtrariū·Hec eñ pure ſunt naturalia·ī quibꝰ nec eſt meritū nec demeritū·Secundo ſi appetitui neceſſitatis adiungitur appetitus delectationis ꝛ voluptatis in cibo·hoc eſt veniale peccatum Terciū ſi eſt ibi p̄cepti tranſgreſſio·vt cum aliquis ſine neceſſitate ſoluit ieiunia eccleſie·Vel quando religioſus comedit carnes cum hoc in ſuo ordine ſit prohibitum ſub quodam precepto·tunc ſic eſt mortale

peccatum·Quarto ſi appetitus edendi eſt cum libidine \ vt qñ nimio et finali affectu inheret delectationi cibi·ꝛ hoc eſt peccatum mortale·Quinto ſi ducitur in conſuetudinem talem que facit totam vitam hominis delectatiõibus hmõi deputari·hec tam vicina ſunt mortali peccato ꝙ ebrietas ab apoſtolo inter peccata mortalia computatur·Ebrietas tamen quandoqȝ veniale eſt vt quando vltra neceſſitatem quiſ accipit ſm tamen menſuram imperceptibilem·Quando vero quis egreditur a menſura perceptibili ſm rationem bene ordinatam ad diſcernendum·ꝛ hoc in tali menſura ex qua euertitur ſtatus mentis effrenata libidine·quando hoc deo preponit tunc peccat mortaliter·Si quis autem alium inebriat ſcȝ inuitans eum ad potum intendens ſtatũ mẽtis eius euertere·ꝛ facit hoc in eius nocumentum peccat mortaliter \ quia magis aufert ei ꝙ ſi auferret bonum aliquod temporale·quia vſum rõis ei tollit·Luxuria ex ſuo genere ẽ peccatũ mortale q2 ẽ ɔtra illõ ꝑceptũ·Nõ mechaberis·Cõcupia luxurie diſtinguit̃ ſeptẽ modis Primus eſt cum concupiſcentia conſtat in primo motu tantum·ꝛ ſic eſt veniale peccatum·Scõus cum ſequitur cõſenſus in delectacõnem ſed non in opus ꝛ ſic eſt mortale·Tercius eſt cum cõſentitur etiã in opus·ꝛ ſic eſt iterum mortale·Quartus modus eſt cum ɔcupiſcencia non ſolum tenetur in corde ſed paſcitur viſu·ꝛ ſic iterum eſt mortale·Math·v·Qui viderit mulierem concupiſcendum eam ꝛc̃·id eſt hoc animo et fine attendat eam vt ipſam concupiſcat·Quia ſm Auguſtinum hoc ñ ẽ iam titillari ſed plene cõſentire libidini·Bene etiam dicitur ad concupiſcendum eam·quia ſi aliquis videret mulierem vt rem pulcram et vlterius non procederet·tunc vel nullum eſſet peccatum·vł ſolum peccatum curioſitatis·Quĩtus modus eſt in ſtultiloquio \ vt cum quis mulierem procat vel propter libidinem habet cum ea familiaria colloqa ꝛ eſt peccatum mortale·Sextus modus vocatur ab apoſtolo turpitudo·Gloſa·vt in oſculis ꝛ amplexibus hoc eſt mortale ꝛ tanto grauiꝰ precedentibus quanto magis per talia libido attenditur propter nimiam approximationem ad ignem·Notandum ꝙ tangere mulierem preter intentionem non eſt peccatum·ſimiliter tangere cũ intencõne ſȝ ex neceſſitate·vel tangere ex libidine·vel oſculari ad ſe non pertinẽte·peccatum eſt mortale·Septimus modus eſt cum concupiſcentia proceдit in opus·ꝛ hoc conſtat eſſe mortale·Nota ꝙ eſt differentia inter primos motus generatiue ꝛ nutritiue·quoniam primus motus in generatiua ſemper peccatum eſt·niſi per ſacramentum matrimonij excuſetur·ſed non in nutritiua·quoniam potentia concupiſcibilis non tantũ corrupta eſt in nutritiua ſicut in generatiua. De hac materia require magis ſupra titulo proximo vbi agitur de ſpeciebus luxurie·

De peccato in ſpiritumſanctum Capitulum xxiij.

Quamuis omne peccatum ſit generaliter contra deum trinū ⁊ vnum. appropriate tamen dicitur aliquod peccatum eſſe ī patrem/aliquod in filium/aliquod in ſpiritumſanctum. In patrem enim peccatur ex impotentia. in filium ex ignorantia. in ſpm̄ſanctum ex malicia. Hoc eſt quando voluntas poteſt ⁊ ſcit reſiſtere alicui malo. ⁊ tam̄ ex ſola malicia illud eligit Peccatum in ſpm̄ſanctum mere procedit ex improba voluntate liberi arbitrij/⁊ directe impugnat gratiam ſpirit⁹ ſancti. Et ideo non habet colorem excuſationis. Quia q̄tum eſt de ſe directe impugnatiuum eſt medici ⁊ remedij per quod habet fieri remiſſio peccati. Peccatum in ſpm̄ſanctum dicitur irremiſſibile in hoc ſeculo ⁊ in futuro. non quia dimitti non poſſit/ſed quia raro dimittitur/aut vix in hoc ſeculo q̄tum ad culpam. Item quia modicum aut quia nihil dimittitur in futuro q̄tum ad penam. Item quia non legitur dimiſſum. propter hoc dicit̄ irremiſſibile. Sicut Melchiſedech dicit̄ eſſe ſine patre. quia non legitur de eius patre. Item quia aduerſatur fōti remiſſionis ſcȝ ſpūiſancto. Item ꝓpter impotētiam hominis qui ſe vix poteſt preparare ad gratiam quam tanta moles peccati premit. Sciēdum ꝙ hoc nomē irremiſſibile accipitur tripliciter. ſcȝ negatiue vt videlicet ꝙ nullo modo poteſt remitti. hoc modo peccatum angeli ⁊ dānatorum eſt irremiſſibile. Item priuatiue vt ꝙ non habet congruentiā ex ſe quare debeat remitti. licet ex congruo dei poſſit omne peccatum remitti. hoc modo quodlibet peccatum mortale eſt irremiſſibile. Item contrarie ſm̄ ꝙ habet aliqua culpa contrariam diſpoſitionem ad remittendum. hoc modo peccatum in ſpm̄ſanctum eſt irremiſſibile. quia contrariatur gratie remittenti peccatum. ⁊ hoc per deſperationem vł preſumptionem vel alias ſpecies huius peccati Sex ſunt ſpecies hui⁹ peccati in ſpm̄ſanctum. ſcȝ deſperatio/preſumptio/impugnatio veritatis agnite/inuidentia caritatis fraterne/obſtinatio finalis impenitētia Horum numerus accipitur. In remiſſione tria ſunt ſcȝ ipſe remittens ⁊ ille cui remittitur/ac diſpoſitio remittendi in eo cui remittitur. Item in ipſo remittente duo ſunt. ſcȝ miſericordia ⁊ iuſticia. Contra primum eſt deſperatio. contra ſecundum preſumptio. Item in eo cui remittitur duo ſunt ſcȝ dolor de commiſſo/⁊ propoſitum de nō committendo. Cōtra primum eſt obſtinatio. contra ſecundum finalis impenitentia. Preterea diſpoſitio remittendi in eo cui remittitur eſt duplex ſcȝ cognitio veri/⁊ amor boni. Contra primum eſt impugnatio veritatis agnite. Contra ſecundū inuidētia caritatis vel ḡre frne de finali impenitētia Nota ꝙ ſi dicit ꝯtinuacōem pc̄i vſqȝ ad finē vite/ſic in oī pc̄ō in quo quis decedit ē final' impenitētia negatiue. ſȝ finalis impenitentia prout eſt vna ſpecies peccati in ſpiritumſanctum ſm̄ ꝙ hic ſumitur ſic dicit̄

ppoſitum non penitendi· ¶ Enumeratio peccatorũ· Capl'm·xxiiij
Peccata cordis ſunt hec·cogitatio·delectatio·ↄſenſus·deſideri
um mali·peruerſa volũtas·infidelitas·indeuotio·p̄ſumpcõ·de
ſperacõ·timor male humilians·amor male accedẽs·ſuſpicõ·in
uidia·ira·odiũ·timere deũ ſeruiliter·exultatio in aduerſis pximi· con=
temptus paupez vel peccatoz·perſonaz acceptio·pfidia·Affect9 pa
rentum carnalium·inepta letitia·ſeculi triſticia· Impatientia·auaritia·
ſupbia·pplexitas·obſtinacõ·malitia·tedium boni·Acidia·inconſtantia
penitentia penitentie·dolor\quia non fecit amplius mali ypocriſis·A
mor placendi·timor diſplicendi·verecũdia de bono ope·amor priuat9
ſenſus ſingularis·ambitio dignitatis·vana gloria de bonis nature\ vl'
fortune\vel gratie·verecũdia de paupib9 amicis·contempt9 amonitio
num·imiſericordia ꝛc· ¶ Peccata oris·ſunt hec·Crebra iuratio·piuriũ
blaſphemia·nomen domini irreuerenter aſſumere Veritatẽ ipugnare
deũ de aura ꝛ alijs inſtruere·cõtra deũ murmurare·irreuerenter ho=
ras dicere·detractio·adulatio mendaciũ·vitupium·maledictõ·infama
tio·ↄtentio·ↄtumacia·impugnatio veritatis agnite·impugnatio carita
tis fraterne·ſeminatio diſcordie·pditio·falſum teſtimonium·mala con
ſilia·deriſio·ↄtradictio obediẽtie Inuertere facta bona·in eccleſijs pla
citare·ad iram hoĩes puocare·rephendere in alio quod ipſe facit·va=
niloquium·multiloquiũ·ſtultiloquiũ·Proferre verba ocioſa\vel ſuper
flua\curioſa·iactantia verboz·policitatio·peccatoz defenſio·Clamor·
riſus·cachinnus·turpiloquiũ·lenocinium·Cantare cantilenas ſecl'ares ·
In cantu diuino magis ſtudere vocẽ frangere q̄ deuote pſallere·mur
murare·verba ſcurrilia pferre·in iniuſta cauſa aduocare·malũ ↄmẽda
re ꝛc ¶ Peccata opis ſunt hec·Gula·luxuria·ebrietas·ſacrilegiũ·ſimo
nia·ſortilegia·violatio diez ſolenniũ·Indigne ↄmunicare· potoz fra=
ctio·apoſtaſia·diſſolucõ in officio diuino·Scandaliſare ſine malo·Exẽ=
plo proximum corrumpere·Ledere hominem\in rebus\in perſona\ vl'
in fama·Furtum·rapina·vſura·deceptio·ludus·venditio iuſticie· Exa=
ctiones\ac thelonea iniuſta·auſcultare mala·ioculatoribus dare·neceſ=
ſaria ſibi ſubtrahere·ſuperflua ſumere·vltra vires aliquid aggredi ·
Conſuetudo peccandi·recidiuatio·ſimulatio·tenere officium ad quod
non ſufficit\vel quod ſine peccato non agitur·Choriſare·nouitates in=
uenire·maioribus rebellare·minores opprimere·derelinquere viſu\ au=
ditu\tactu\olfactu\guſtu\luctu\oſculis\itineribus\muneribus \ nuti=
bus\mandatis\ſcriptis Circumſtantias aggrauantes admittere·que
ſunt\tempus\locus\modus\numerus\perſona\ mora\ſcientia \ etas ·
Temptationes preuenire·ſeipſum ad peccandum cogere· ¶ Peccata
obmiſſionis ſunt hec De deo non cogitare·ipſum non timere\vel ama
re Gratias de beneficijs non agere · Opera que quis facit ad ipſum

non referre de peccatis ſicut debet non dolere·ad gratiam percipien dam non ſe preparare·gratia accepta non uti nec eam conſeruare·ad inſpirationem diuinam ſe non conuertere·voluntatem ſuam voluntati diuine non conformare·Ad orationes dicendas non attendere oratio nes debitas obmittere·Et que tenetur ex voto vel precepto vel officō negligere·Confeſſionem ⁊ comunionem ſemel in anno non expedire· Parentes non honorare·ſeipſum non cognoſcere ⁊ reprehendere·cō ſcientiam negligere·Eccleſias ⁊ predicationes fugere·temptacōibus non reſiſtere·penitentias iniunctas negligenter facere · ea que ſtatim facienda ſunt differre·De bonis proximi non gaudere·⁊ malis eiꝰ nō condolere·Iniurias non remittere·fidem non ſeruare·⁊ beneficijs eꝰ non reſpondere·Delinquentes non corripere·Lites non ſedare·igno rantes non inſtruere·afflictos non conſolari·ammonitionibus non ac quieſcere·

Explicit liber tercius·

Incipit prologus Quarti libri·

Sicut deus rerum eſt principium effectiuum in creatione·ſic et refectiuum in redemptione·⁊ perfectiuū in retributione· Quo niam ſicut pater omnia creauit per verbum increatum· ſic om nia creata renouauit per verbum incarnatum·Porro circa incarnatio nem criſti talis fuit ordo·Salutatio angelica Reſponſio virginea·Sā ctificatio materna·conceptio diuina·De quibus nunc agendum eſt

Explicit prologus· Incipiunt Tituli caplōꝝ Quarti libri·

De ſalutatione angelica j
De reſponſione virginea ij
De ſanctitate materna iij
De conceptione dnīc iiij
Racōes incarnacōis xp̄i v
De mō incarnacōis xp̄i vj
De vnione ⁊ natūa aſſūpta vij
Vtilitas incarnacōis xp̄i viij
De mirabilibꝰ icarnacōis xp̄i ix
De natiuitate domini x
De circumciſione xj
De baptiſmo domini xij
De plenitudine gr̄e xp̄i xiij
De plenitudine ſapientie· xiiij
De merito xp̄i xv
De voluntate xp̄i xvj
De defcibꝰ quos aſſūpſit c·xvij
De paſſione criſti xviij
De effectu paſſiōis xp̄i xix
De cruce domini xx
De deſcenſu xp̄i ad iferos xxj
De reſurrectione dn̄i xxij
De aſcenſione dn̄i xxiij
De conſcenſu criſti ad dexterā patris xxiiij

De ſalutatione angelica. Capitulum.i.

Miſſus eſt Gabriel angelus\qui fuit de ordine archã
gelorum ad beataꝫ virginem\cui ad ſenſum apparuit
viſione corporali\quamuis ei loqueretur locutione ſpi
rituali Ad iſtud nobile ſacramentum nuncius debuit
eſſe angelus propter tria. Primo propter cognationẽ
virginitatis ad naturam angelicam. Secundo ꝓpter
ordinem preuaricationis humane Quia ſicut venit ibi
dyabolus in ſerpente ad mulierem. ita deꝰ hic venit per angelum ad
virginem. Et ſic ex oppoſito medicina reſpondeat morbo. ⁊ reparatio
lapſui. ⁊ nocumento remedium. Tercio quia ſicut illa gracia fuit repa=
ratio nature humane. ſic fuit ⁊ ruine angelice. Vnde communi benefi
cio vtraqꝫ natura communiter debuit miniſtrare. ¶ Diuiditur ſaluta
tio beate virginis in tres partes. Primam partem incepit angelꝰ cũ
dixit. Aue gratia plena dominus tecum benedicta tu in mulieribus.
Secundam ſubiunxit Eliſabeth cum ait. Et benedictus fructus ven=
tris tui. Tertiam appoſuit eccleſia\vt in reuerentia nomen Marie ha=
beretur. Nam ipſum nomen Maria non eſt de textu. Iſta ſalutatio cõ
mendabilis eſt in quatuor. Primo propter auctorem. quia miſſus eſt
angelus a deo. Secundo propter nuncium. Non enim homo dignus
fuit hec nunciare ſed angelus. nec quilibet angelus ſed Gabriel. Ter=
cio propter eam que ſalutatur\quia virgo. nec quelibet virgo ſed Ma
ria. Quarto ab ipſo modo ſalutandi\qui indicat innocentiam virginis
cum dicitur Aue. Item graciam conuerſationis\cum dicitur. Gratia
plena. Item propter excellentiam conceptionis\cum dicitur. Dominꝰ
tecum. Item propter priuilegium ꝓrogatiue ſingularis\ cum dicitur.
Benedicta tu in mulieribus Salutationes quedam inueniunt optatĩe
ſalutis. Regũ. xvij. Salue rex. Quedam gratie. Apl's. Gratia vobis ⁊
pax. Quedam gaudij. Thobie. v. Gaudium tibi ſemper ſit. Quedã be
nedictionis. Ruth. ij. Benedicat tibi dominus Hec aũt ſalutatio angl'i
ex omnibus conflata videtur. Continet eñ ſalutem cũ dicit. Aue. Grã
tiã. cum dicit. Gratia plena. Gaudium cum dicit Dominus tecum. Be
nedictionem cum dicit. Benedicta tu in mulieribus. Preterea in hac
ſalutatione notatur triplex prerogatiua beate virginis ſcꝫ nature cum
dicitur. Aue. Gratie cum dicitur. Gratia plẽa. Glorie cum dicitur. Be
nedicta tu in mulieribus. Nota deniqꝫ ſex in angelica legatione. Pri=
mum ꝙ reuerenter angelus beatam virginem ſalutauit\cum dicit.
Aue gratia plena dominus tecum. Secundo ꝙ excellenter cõmẽdauit
ibi. Benedicta tu in mulieribus. Tercio ꝙ dulciter confortauit ibi Ne
timeas Maria ⁊c. Quarto ꝙ diligenter legationem ſuam compleuit.
ibi. Ecce concipies ⁊ paries filium. Quinto ꝙ elegãter modũ expoſuit

ibi ſpirituſſanctus ſuperueniet in te ⁊c· Sexto q̄ ꝺuenienter prolem na
ſciturā deſcripſit ibi· Ideoq; quod naſcetur ex te ſanctum vocabitur
filius dei·

¶De reſponſione virginea Capitulum ·ij·

Duos legimus in ſcripturis dyalogos· Vnum inter euam et dyabolum quo mors concludebatur· Alterum inter angelum/ ⁊ mariam quo vita oriebatur· ¶Vide autem tria que fecit beata virgo in ſalutatione angeli· ſcʒ deliberationem/ quia cogitabat Interrogationem quia querebat/ dicens· Quomodo fiet iſtud· Conſenſum· quia reſpondit· Ecce ancilla domini· Nec in deliberatione fuit ſubita ſicut Eua· Nec interrogando dubia ſicut Zacharias · Nec in conſentiendo tarda ſicut Sara· ¶In reſponſione beate virginis quatuor inuenies verba/ que quatuor virtutes redolent· Ait enim· Ecce· Quod eſt obedientie prompte· Ancilla domini· Quod eſt· humilitatis perfecte Fiat mihi· Quod eſt caritatis inflamate· Scd̄m verbū tuū· Quod eſt fidei deuote· ¶Septem verba locuta eſt beata virgo· Primum· Vinum nō habent· Secundum· Fili quid feciſti nobis ſic ⁊c· Tercium· Quodcūq; dixerit vobis facite· Quartum· ſalutauit Eliſabeth· Quintum· Quomō fiet iſtud quoniam virum non cognoſco· Sextum· Ecce ancella domī · Septimum· Magnificat anima mea dominum· Primum verbum fuit pietatis· Secundum caritatis· Tercium inſtructionis· Quartum conſolationis· Quintum diſcretionis· Sextum humiltatis· Septimum orationis ⁊ gratiarum actionis· Et nota q̄ verba predicta omnia fuerunt breuia· preter vltimum·

¶De ſanctitate materna Capitulum ·iij·

Sanctificatio triplex eſt Quedam enī communis eſt vt q̄ fit ꝑ ſacramenta· Quedam ſpecialis vt que fit per gratiam ſpiritusſancti· Quedam ſpecialiſſima/ vt que fit per gratiam ſingularem · Prima remouet culpam et confert gratiam· Remanet tamen fomes ⁊ pronitas ad peccandum· et talis eſt in baptiſatis · Secunda remouet culpam ⁊ pronitatem peccandi mortaliter· Et talis fuit ſanctificacō in vtero Johannis baptiſte ⁊ Jeremie· Tercia remouet culpam originalem ⁊ ꝓmptitudinem ad peccandum tam venialiter q̄ mortaliter· Et talis fuit in beata virgine· Et ſciendum q̄ licet gratia ſanctificacōnis in vtero ſit q̄tum ad eſſentiam maior q̄ gratia ſacramentalis · tamen q̄tum ad aliquos effectus eſt maior iſta· quia baptiſmus imprimit caracterem· ⁊ aperit ianuam regni· ⁊ abilitat hominem ad alia ſacramenta· Quorum nullum facit ſanctificatio in vtero ex ſe· Verumtamē grā ſanctificationis in vtero precellit in hoc gratiam baptiſmalem · quia taliter ſanctificatus non poteſt peccare mortaliter· ⁊ ad venialia min⁹ inclinat eum fomes· propter quod minora ⁊ pauciora venialia ꝯmittit

Et talis grã fuit ĩ Johanne bap. Et ideo ne vacuũ grãm dei recipet
fugit hominum ſocietatem. ⁊ artiſſimam in ſe penitentiã tenuit ne levi
ſaltem maculare vitam famine poſſet. Patet ergo ꝙ ĩ ſanctificacõne
ĩ vtero ↄfertur gratia media inter gratiam ſacramentalem ⁊ gratiã
plene confirmationis ĩ patria. que habet ſibi coniunctum finem vlti-
mum. Ad confirmationem enim perfectam tria pertinent Primum eſt
inſeparabilis coniunctio rationis ad deum. Secũdum inflexibilis ſub
iectio inferiorum potentiarum anime ſub imperio rationis. Tercium ẽ
indiſcontinuabilis conuerſio actualis totius hominis in deum. quãdo
homo diuina dulcedine affectus ex toto corde ⁊ ex tota anima ⁊ ex to
tis viribus ſemper actu tendit in deum ⁊ in quodcũqʒ aliud inq̃tum
in eo relucet deus. Primum horum agit gratia ſanctificationis ſimpli
citer. vt ſcʒ nullus qui eius particeps fuerit poſſit peccare mortaliter
Secundum habuit beata virgo. ⁊ ideo nec venialiter vnq̃ peccauit.
Vt dicit Auguſtinus Tercium autem non poteſt conuenire gratie vie
eo ꝙ hec ex dei fruitione cauſetur. que tantum eſt in patria. ¶ Tres
fuerunt ſanctificationes matris dei. Prima fuit ſanctificatio in vtero.
Et hec tres effectus habuit. ſcʒ originalis culpe expiationem. Et grẽ
infuſionem. Et fomitis tantam reſtrictionem. ita vt non poſſet in aliqͦd
peccatum duci. licet ipſe fomes maneret ſm̃ eſſentiam. Secunda fuit
in ſpiritusſancti obumbratione. ⁊ filij dei conceptione. que tribus p̃ter-
miſſis duo ſuperaddit. ſcʒ omnimodam fomitis extinctionem. ⁊ confir
mationem in bono. Ita ꝙ que prius tantum poterat non peccare iam
non poſſet peccare. Hos duos effectus expreſſit angelus. Luce. primo
Spiritusſanctus ſuperueniet in te. quo ad primum. ⁊ virtus altiſſimi
obumbrabit tibi. quo ad ſecundum Iſta vero cõfirmatio non fuit libe
ri arbitrij ablatio ſed eius per gratiam cõpletio. Preterea ſpiritusſan
ctus ſuperuenit in eam non ſolũ ad ſanctificandũ ſʒ etiã ad fecundãdũ
Cuius virtute virgo ↄcepit. virgo peperit. ⁊ poſt partum virgo p̃mã
ſit. Tercia fuit ſanctificatio in filij dei inhabitatione. qui nouem menſi
bus in vtero eius manſit. Et hec omnibus predictis duos effectus ad
didit. Vnus fuit quo ad diſpoſitiones fomitis ſublate fuerunt. ſicut
quando morbus curatus eſt adhuc remanent interdum reliquie curã-
de. Secundus fuit dedicatio ad diuina. ita ꝙ etiam licitis vſibus hu
manis ſcʒ matrimonialibus eam aptari eſſet impoſſibile Quia tunc nõ
ſolum eius mens ſed ⁊ corpus luce diuinitatis reſplenduit Vt ſignatũ
eſt Ezech. xliij. Ex predictis collige ꝙ fomes perſonam inficit ⁊ natu-
ram. Perſonam quidem quantum ad malum pronam facit ac ſtimulat
ad peccandum. Naturam vero quia carnem inficit prout eſt principiũ
ad carnem alteram Sed beata virgo in prima ſanctificatione que fuit
in vtero mundata fuit ab originali peccato inquantum fomes reſpicit

perſonam ſuam. quia nihil in ſua perſona purgandum remanſit. In ſecunda vero ſanctificatione que fuit quando ſpiritusſanctus ſuperuenit in eam. purgata fuit a fomite\prout ipſe fomes naturam reſpicit in cōparatione ad prolem propagandam non opere nature ſed opere ſpiritusſancti. Remotus enim fuit eſſentialiter propter quod pars ab ea ſeparanda in corpus xpi de fomite nihil habuit ſicut nec mater. Nota ſimiliter ex predictis ꝛ ſequentibus ꝙ beata virgo ex prima ſanctificatione excellebat puritate omnes baptiſatos Ex ſecunda ſanctificatione excellebat puritatem Ade quam habuit ante peccatum Per confirmationem excellebat angelos. qm̄ iſti nec creſcere poſſunt in premio ſubſtantiali ſicut nec decreſcere. ſed beata virgo proficere potuit in merito ꝛ nō deficere. Puritas quadruplex fuit matris dei in qua nulla creatura ſibi poterit comparari. Prima eſt puritas ſanctificationis i vtero. Omnis em̄ rōnalis creature puritas. vel eſt nature vt in angelis. vel eſt gratie gratis date vt fuit in innocentia primi ſtatus hominis. vel eſt gratie gratum facientis. ꝛ iſta tercia eſt maior alijs duabus. Vnde cum in illa ſpecie gratie ſanctificatio matris fuerit ſuprema patet ꝙ vicit puritatem omnis pure creature. Secunda eſt puritas innocentie in vita in qua ſimiliter excellit. quia beata virgo vixit ſine omni peccato. Et hoc docuit eſſe maxime gratie. que non ſolum naturam ipſiꝰ pficeret ſed eam ſuper legem nature corrupte extolleret. Tercia eſt puritas vir- inee caſtitatis in qua excellit angelos et homines. angelos quidem. quia ſm̄ Ihero. hoc retinuit per virtutem caſtitatiſ qđ in angelis eſt neceſſitatis nature. Item excellit in hoc homines. quia primum exemplar fuit huius integritatis. Pſalmiſta. Adducentur regi virgines poſt eam proxime eius. Preterea oſtenditur illud alia ratione quia ſumma eſt hec puritas que potius poteſt ſuū ſociū q̄ꝫ cōtrarium ſecum pati ꝙ̄ poſſit violari. Et talis fuit virginitas domine nr̄e. que gaudium matris habet cum virginitatis honore. Et ideo nec primam ſimilē viſa eſt. nec habere ſequentem. Quarta eſt puritas ſanctificationis ex ſuperuentione ſpiritusſancti ꝛ preſentie dei. in qua ſimiliter excellit omnem creaturam. Cum enim eſſe matrem dei ſit dignitas ſuperior que pure creature communicare nō poteſt neceſſe eſt gratiam ad hoc diſponentem eſſe maiorem omni gratia pure creature. Oportet ergo priuilegium ſanctificationis ſue in hac parte omnem ſanctificationem excedere aliorum.

De conceptione dominica. Capitulum iiij.

Mox vt virgo beatiſſima aſſenſum angelo prebuit dicēs. Fiat mihi ſm̄ verbum tuum. ſpiritusſanctus ſuper eam venit ac filiuꝫ dei concepit. Hec autem tria ſimul tempore fuerunt non natura. Tunc impleta ſunt preambula figurarum ꝛ documenta ſcripturaꝝ

ac prophetarum deſideria·Propter quod dicitur aduentus criſti ple=
nitudo temporis·Quare autem Xp̄s nec prius nec poſt venerit nõnul
le ſunt rationes·Prima eſt vt ordinem vniuerſitatis nõ turbaret·Sin
gula nanqʒ ſuis fiunt temporibus·q̄to magis in maximo dei opere·
ſcʒ filij incarnatione·Secunda ne fides et ſpes ex promiſſa incarnatio
ne perirent·Si em̄ tardaſſet venire cottidie decreuiſſent ⁊ tepuiſſent
Sed prius uenire non fuiſſet neceſſe·quia non prodeſt medicina ſpiri
tualis ſine affectu recipientis·Tercia vt ſupreme infirmitati culpe im
mediate ſuccederet melioratio·ſicut ſummum acutum ſtatim ſequitur
criſis ⁊ ſanatio·Quarta vt homo de lege naturali ⁊ ſcripta prius con
uinceretur·vt ait Auguſtinus·Quia ſi Xp̄s ſtatim veniſſet diceret ho=
mo ꝙ per legem naturaleʒ ſaluari poterat·⁊ ſuperfluum crederet ad
uentum criſti·Similiter poterat dicere de lege ſcripta·ſed cõparato\
ꝙ nec ſic nec ſic ſaluari poterat cum omnes ad inferos deſcenderent
tunc venit ipſe quia tunc erat tempus miſerendi eius·Quinto vt pri=
mus homo fuit conditus ſexto die ad totius mundi complementum\
ſic ſecundus homo fieret in ſexta etate ad totius creature perfectõem
Sexta em̄ etas eſt apta ad exercitium ſapientie ad remiſſionem culpe
ad meritum vite eterne·⁊ ad tranſitum de ſtatu miſerie ad ſtatū gl̄ie
Et iſta notantur in ſexta etate ratione perfectionis ſenarij·Sexta q̄
criſtus non debuit venire in principio temporis cum aduentus eiꝰ ni=
mis fuiſſet feſtinus·Nec in fine vltimo quia tunc nimis fuiſſet tardꝰ·
Sed decebat ſaluatorem inter tempus morbi ⁊ iudicij introducere tē
pus remedij·Septima quia decebat ductorem perfectum tunc ſe oſtē
dere cum eſſet oportunitas currendi ad brauium·hoc eſt in fine tēpoꝝ
Et tamen ante terminum vt per timorem iudicij ſtimulati·per ſpem p̄
mij attracti·⁊ per exempli perfectionem animati ſequi poſſemus effi
caciter ducem noſtrum·Octaua quia decebat quedam membrorum ſu
orum ipſum precedere·et quedam ſequi·Incarnationem criſti multe
figure preceſſerunt ⁊ prophetie·De quibus aliquas aſſignamꝰ Abra
ham deſcendit in egiptum vt peregrinaretur ibi·Lapis de monte pre
ſciſus eſt ſine manibus·Fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad
irrigandum paradiſum·Sapientia edificauit ſibi domum excidit co=
lumnas ſeptem·Thronum fecit Salomon de ebore grandem·Nouum
faciet dominus ſuper terram·femina circūdabit virum Jonas in mare
proijcitur ⁊ mare ſedatur·Stillabunt montes dulcedinem·Deſcendi
in ortum nucum vt viderem poma conualium ⁊ inſpice·⁊c·Vellus Ge
dionis rorificatur·Manna ſeruatur in vrna aurea·Virga Aaron flo=
ret·Flos de radice ieſſe aſcendet·Emittitur columba de archa Noe·
Mittitur lignum in aquaſ marath·Paradiſus plantatur·Moyſes po
nitur in fiſcellam cirpeam·Iſrael induit·Joſeph tunicam polimitam·

Jn ſole poſuit tabernaculum ſuum· Duo viri ferunt in vecte botrum
de terra promiſſionis portantes· Mittitur Joſeph in ciſternam· Vrbs
fortitudinis noſtre ſyon ſaluator ponetur in ea murus· Emitte agnū
domine dominatorem terre· d· pe· peſ· ad mō· filie ſyon ⁊c· Rorate celi
deſuper ⁊ nubes plu· iu· Aſcendet dominus ſuper nubem leuem· Mi-
ſericordia ⁊ veritas obuiauerunt ſibi· Gemma carbunculi in ornamen
to auri· Simul in vnum diues ⁊ pauper· Ego ſum primus ⁊ nouiſſimꝰ
Jhere· Jn caritate perpetua dilexi te· Mittitur Daniel in lacum leo-
num· Apparet in camino quartus ſimilis filio dei· Vmbra deſcendit ī
horalogio decem gradibus· Jgnis apparet in rubo non comburens·
Ezech· Solem nube tegam· Eccl'ia· Quid lucidius ſole ⁊ hic deficiet·
Pſal'· A ſummo celo egreſſio eius ¶ Nota ꝙ qn̄ queritur vnde virgo
concepit· vtrum verbo angeli· vel a ſpirituſancto· Dicendum eſt ꝙ nō
verbo angeli· quia verbum eius in aurem ſaliuit ⁊ non permanſit· Et
ideo ſanguinem eius non diſtinxit ſeparando nec conuertit nec forma
uit Sed de ſpirituſancto qui illam ſubſtantiam corpulētam· primo de
ſcidit a ſanguine· poſtea conuertit eam et formauit ⁊ figurauit· ⁊ ī mē
bra diſtinxit ⁊ animauit· Et ideo damnatur quod cantatur· Concipies
per auram· ſed debet cantare· Concipies deum pariter ⁊ hominē· Hec
omnia ſpirituſſanctus non eſt operatus palatim\ vt natura· ſed ſimꝰ in
momento· Et ideo beata virgo concepit virum perfectum in vno mo-
mento· in figura lineamentorum ⁊ anima ⁊ gratia ⁊ virtute ⁊ ſapiētia
Quia in nullo horum Xp̄s profecit· nec in facie hominum\ nec plꝰ vno
die oſtendit gratie ⁊ ſapientie q̄ꝫ alio licet in vtero ⁊ extra vterum in
lineamentis corporis proficeret·

¶ Rationes incarnationis Xp̄i Capitulum· ·v·

PEr verbum igitur incarnatum facta eſt humani generis repa
ratio· non quia aliter ſaluari potuerit· Sed quia nullus modꝰ
alius fuit ita congruus ipſi reparatori reparabili ⁊ repationi· Cōgru
ebat\ inquam\ iſte modus reparatori quem decebat oſtendere ſuā po-
tentiam ſapientiam ⁊ bonitatem· Quid autem potentius q̄ꝫ coniungere
extrema ſumme diſtantia hoc eſt creatorem ⁊ creaturam· Magna em̄
fuit potentia in coniunctione diſparium elementorum· Maior in coniū
ctione illorum ad ſpiritum creatum· Maxima in coniunctione iſtorum
omnium ad ſpiritum increatum· vbi eſt ⁊ maxima diſparitas· Quid ve
ro ſapientius q̄ꝫ ꝙ ad perfectionem totius vniuerſi fieret coniunctio·
primi ⁊ vltimi· hoc eſt verbi dei· quod eſt omnium principium· ⁊ hūa-
ne nature· que in operibus ſex dierum fuit vltima omnium creaturaꝝ·
Quid enim beniuolentius q̄ꝫ ꝙ creator rerum communicare ſe voluit

rebus creatis·Et hec benignitas magna fuit in coniunctione ſui omni
bus rebus per preſentiam·Maior quia communicat ſe bonis per gr̄az
Maxima quia communicat ſe homini·⁊ per conſequens generibus ſin
gulorum in vnitate perſone·Fuit etiam modus ille congruentiſſimus
ipſi reparabili·quia homo per peccatum corruit in infirmitatem ⁊ ig-
norantiam ⁊ maliciam·per que ineptus factus eſt ad virtutem diuinā
imitandam·⁊ ad veritatem agnoſcendam·⁊ ad bonitatem diligendā
Ideo deus factus eſt homo per quod reddidit ſe homini imitabilez
cognoſcibilem ⁊ amabilem·Fuit ſimiliter ille modus congruentiſſimꝰ
noſtre reparationi quo dominus in forma ſerui procuraret ſerui ſalutē
Sunt ⁊ alie rationes quare conueniens fuit deum incarnari·Prima ē
quia preuaricator abſtulit nobis deum·Vnde conueniens hoc fuit
vt reparator redderet nobis deum·Secunda quia humilitas decu-
it deum·Sed non potuit humiliari vſqz ad penas in natura diuina·
ergo oportuit ꝙ in alia·Tertia vt prophetias adimpleret Iſaie·Ego q̄
loquebar ecce aſſum·Abacuk·Apparebit in fine ⁊ non mentietur ſi mo
ram fecerit expecta eum qui veniens veniet ⁊ non tardabit vt doceret
vincere potiꝰ ꝑ iuſticiam q̄ꝫ ꝑ potentiā·Quarta ad vitandum inconue-
niens·quia ſi deus incarnari non potuit vel neſciuit vel noluit·Et ſi ſic
videtur in eo eſſe impotentia vel ignorantia vel inuidia·quod abſit·
Quinta vt tanta eſſet humilitas in redemptore quanta fuit ſuperbia ī
preuaricatore·Quia ſuperbia tanta fuit vt homo vellet eſſe vt deus·
Vnde humilitas tanta debuit eſſe vt deus fieret homo·Sexta vt no
ſtrum amorem excitaret ⁊ noſtram ſpem erigeret·Septima vt exem-
plū imitande virtutis nobis daret in forma viſibili ⁊ humana quā-
uis opera trinitatis ſunt indiuiſa·Ita ꝙ quicquid operatur vna perſo
na operetur ⁊ alia·Tamen ſolus filius fuit incarnatus·⁊ non pater ⁊
ſpiritusſanctus·Et habemus ſimile in tribus domicellis induentibus
tunicam ipſarum·de quibus poteſt dici·Quicquid facit vna facit alia·
vna tamen ſola induitur·Eodem modo dicendum eſt ꝙ opus incarna
tionis quandoqz attribuitur patri·vt ibi·Cum venit plenitudo tempo
ris miſit deus filium ſuum·Quandoqz attribuitur filio vt ibi·Exiui a
patre ⁊ veni in mundum·Quandoqz ſpirituiſancto·vt dicitur in ſym-
bolo·Qui conceptus eſt de ſpiritusſancto·Sed hec ideo dicuntur quia
opus incarnatiōis fuit maxīe ſapīe potentie ⁊ bonitatis q̄ tribꝰ ꝑſonis
attribuunt̄·Sunt aūt multe rationes quare filius incarnatus ſit ⁊ nō
pater vel ſpiritusſanctus·Prima vt ꝑ eandem ſapientiam qua mūduz
condiderat fieret repatio·Secūda vt qui filiꝰ eſt in deitate eſſz ⁊ filiꝰ in
humanitate·Tercia ne idē eſſz pater ⁊ filiꝰ ſi pater de hoīe naſceretur
Quarta quia congruentius mittebatur qui eſt ab aliquo q̄ꝫ qui eſt a
nullo·Quinta propter confirmationem hereditatis nobis promiſſe ne

ſcȝ poſſemus patri dicere·Domine tu habes filium cui competit here
ditas quam homini promiſiſti·Sexta vt patris erga nos oſtenderet
caritas·Johañ·Sic deus dilexit mundum vt filium ſuum vnigenituȝ
daret·Septima oſtenditur ꝙ deus pater nihil habet qd̕ nõ ſit para=
tus nobis dare·cum filium ſuum dederit nobis· Octaua vt ſicut filiꝰ
dei factus eſt homo·ſic homo fieret filius dei·Apoſtolus·Miſit deꝰ
filium ſuum vt adoptionem filiorum reciperemus· Nona vt eſſet occa
ſio ſalutis qui dicitur fuiſſe occaſio ruine·quia homo appetendo ſcien
tiam diuinã que filio appropriatᷣ cecidit·Videns em̄ Lucifer dei fili
um per omnia patri ſimilem\inuidit ⁊ voluit eſſe ſimilis altiſſimo·Jo
nas Propter me tempeſtes hec orta eſt mitte me in mari · Decima
eſt quia ymago debuit per ymaginem aliquam reparari Vndecima
quia ſicut verbum mentis mediante groſſiori natura emittitur ſcȝ ꝑ
vocem·ſic verbum eternum per aſſumptionem nature noſtre·Duodeci
ma quia medius inter perſonas debuit eſſe mediator dei ⁊ hominis·
Tredecima quia ſapientia patris reparare debuit appetitoreȝ ſapiẽtie
Geneſ·Eritis ſicut dij ſcientes bonum ⁊ malum·Decimaquarta quia
decentiſſime coniungitur humilitas cum ſapientia· Prouer·Vbi hu=
militas ibi et ſapientia·Vnde filium dei decuit incarnari·Quindecĩa
quia ydee non ſunt niſi dei ſapientia que filio appropriatur·Vnde cũ
ſingule ydee ſingulorum ſint cauſe tunc demum omnia ſunt perfecta ·
⁊ completa·cum per vnionem ad ſuum principium redierunt·Sedeci=
ma ſi pater fuiſſet incarnatus tunc nulla perſona fuiſſet ſine principio·
Decimaſeptima quia oportuit incarnatam perſonam tanꝗ̄ ſacerdotẽ
ſupplicare pro natura noſtra aſſumpta·Sed magis decuit filium ſup=
plicare patri pro natura aſſumpta ꝗ̄ econuerſo·Decimaoctaua ſi ſpi=
ritusſanctus fuiſſet incarnatus tunc duo eſſent filij·Decimanona quia
nullum magis decet reducere hominem ad diuinam cognitionem ꝗ̄
verbum quo ſe pater declarat quod eſt vnibile carni ſicut ⁊ verbũ vo
ci·Viceſima quia nullum magis decet reducere hominem ad filiacõȝ
adoptiuam ꝗ̄ filium naturalem·

De modo incarnationis Xp̄i· Capitulum· ·vj·

In communi reparatione omnium decens erat vt fieret ocur
ſus trium de triplici ierarchia·ſcȝ diuina angelica ⁊ humana
Vnde in miniſterio incarnationis fuit concurſus angeli nunciantis ⁊
virginis concipientis·⁊ verbi dei carnem aſſumẽtis·Cum filius ĩ mũ
dum mittitur non fit loci mutatio·ſed nature humãe aſſumptio·Quia
ipſius mitti eſt eſſe vbi prius erat \ ſed aliter ibi eſſe ꝗ̄ fuit prius·
Et hec alteritas non eſt ex parte eius qui eſt\cum ſit immutabilis · ſȝ
ex parte eius in quo eſt quia vnitur noſtre carni · Vnde mutatio non
fit ex parte ſui ſed ex parte noſtri · Preterea in loci mutatione exigiẽ

ñon eſſe vbi quis prius erat·ſed nec hoc eſt in filij miſſione·quia poſt
incarnationem fuit in patre ſemper · Xp̄s aſſumpſit naturam noſtram
quinqȝ modis ſcȝ miſericorditer·Apoſtolus Scd̄m ſuam miſericordiā
Vtiliter ſcȝ pro ſalute noſtra·Pſal·Operatus eſt ſalu·rc· Sapienter·
quia aſſumpſit bonum nature reprobando malum culpe·Iſa·Butiruȝ
τ lac comedet vt ſci·repro·ma·τ eli·bonum · Fortiter quia ſic ſuſcepit
naturam noſtram q̄ nunq̄ depoſuit ſuam·quia poſt mortem vnita fu-
it deitas carni in ſepulcro τ anima in inferno·Vnde Pſal·Non dere-
linquam animam meam rc·Mirabiliter·quia coniuncta ſunt in incarna
tione ſummum τ ymum·hoc eſt deus et limus· Verbum caro factum
eſt quinqȝ modis·ſcȝ ſm carnem·i·ſm veritatem carnis· Iſa·Vere lā
guores noſtros ipſe tulit·Preter carnem·quia preter operationē car-
nis·Math·Quod em̄ in ea natum eſt de ſpiritusſancto eſt· Supra car
nem·quia meritis noſtris non exigentibus·Apl̄us· Non ex operibus
iuſticie que fecimus nos rc·Propter carnem·quia ad ſaluandum carnē
τ hoc q̄ntum ad fideles efficienter · Licet tamen quantum ad omnes
bonos et fideles ſufficienter Vt Luce· Vocatum eſt nomen eius ihe
ſus·quia ſaluos nos fecit·Contra carnem·quia ad maiorem damnati-
onem infidelium·Vnde ſi non veniſſem et locutus eis fuiſſem peccatū
non haberent·Opus aſſumptionis nature noſtre non animatio ſed in-
carnatio nominatur Cum tn̄ a digniori res ↄſueuerint nominari· Hoc
autem ꝓpter multas rationes·ſcȝ vt expreſſior fiat nominatio·τ profū-
dior explicetur dignatio miſerentis·Et quia nobis magis nota eſt ps
carnis·τ vt maior exprimatur humiliatio·eo q̄ magis a deo diſtet ca
ro q̄ anima·

De vnione τ natura aſſumpta Capitulum ·vij·

Sicut in deitate vna eſt eſſentia τ tres perſone· ita econuerſo
in xp̄o vna eſt perſona τ tres ſunt eſſentie·ſcȝ deitas anima τ
caro·hoc eſt eternum nouum τ antiquum·quia deitas eſt eterna · ſed
anima noua quia in aſſumptione creata·caro vero antiqua/quia ab A
dam propagata·Et xp̄s ſm naturam deitatis eſt genitus· ſm animaȝ
vero creatus·ſm carnem factus·Vnio fuit triplex in Xp̄o ſcȝ deitatis
ad animam τ econuerſo·deitatis ad carnem τ econuerſo · ac anime ad
carnem τ econuerſo·Due priores vniones ſemper manſerunt · Tercia
ſeparata fuit in morte·Vnio ergo deitatis ad humanam naturaȝ hec
non eſt in vnitate nature ſed perſone · Non dico perſone humane ſed
diuine·hoc eſt non aſſumpte ſed aſſumētis·Nec perſone cuiuſlibet ·ſȝ
ſolius verbi·Quia enim impoſſibile eſt q̄ diuina natura concurrat cū
alia/ſicut pars ad conſtitutionem tercij· vel q̄ ipſa tranſeat in aliam·
vel alia in ipſam ꝓpter ſimplicitatem τ vnitatem eius perfectiſſimam
Propterea diuinitas τ humanitas non vniuntur in vnitate nature·

ſed perſone . Et ſic intelligitur illud in ſimbolo Anaſtaſij vbi dicit .
Nam ſicut anima rationalis ⁊ caro vnus eſt homo ita deus et homo
vnus eſt criſtus ibi. Nanqꝫ ponitur ſimilitudo quantum ad vnitatem
perſone ⁊ non nature. Quia caro et anima differunt in homine q̄tum
ad eſſentiam. conſtituunt tamen vnam perſonam . Eodem modo inter
diuinitatem et humanitatem criſti eſt differentia. ⁊ tamen eſt ibi vni-
tas in perſona. Et quia diuina natura in nullo ſuppoſito poteſt ſubſiſte
re preterq̄ꝫ in propria ypoſtaſi. ideo vnio illa nō poteſt eſſe in perſona
hominis ſed dei. Et propterea deus fecit ſeipſum ſuppoſitum in vna ꝑ
ſonarum ſuarum humane nature. Vnde tm̄ eſt ibi vna perſonalitas ⁊
vnitas perſonalis ſcꝫ ex parte aſſumentis Ad eſſentiam nanqꝫ ꝑſone
triplex exigitur diſtinctio. ſcꝫ ſingularitatis ⁊ naturalis incōmutabili-
tatis ⁊ excellentie ſiue dignitatis Propter primum nullum vniuerſale
eſt perſona. Propter ſecundum anima non eſt perſona. Sꝫ propter ter
cium Xp̄s ſm̄ ꝙ homo eſt perſona. Ex his patet que ſit vera vl' falſa
inter has quatuor propoſitiones. Prima perſona perſonam aſſumpſit
Secunda natura perſonam aſſumpſit. Tercia natura naturam aſſump-
ſit. Quarta perſona naturaꝫ aſſumpſit. Prime due ſunt ſimpliciter fal
ſe. Tercia vno modo eſt vera alio modo eſt falſa. Si em̄ ſumatur natu
ra prout eſt communis tribus perſonis ſic eſt falſa . Si vero ſumatur
natura prout eſt in perſona filij ſic eſt vera. Quarta propoſitio ſimpli-
citer eſt vera. Ad intelligentiam horum nota ꝙ tres fuerunt opinio-
nes de incarnatiōe xp̄i. Prima dicebat ꝙ filius dei aſſumpſit hominē
Secunda dicebat ꝙ aſſumpſit humanam naturam. Tercia dixit ꝙ aſ-
ſumpſit hominē vt veſtem. Prima opinio non ſuſtinetur in ſcolis niſi ꝑ
repetitionem. quia ponit ꝙ in criſto due ſunt perſone. quod falſum eſt
Secunda communis eſt ⁊ celebris. ⁊ ponit hoc ſcꝫ ꝙ criſtus eſt vnum
ſloum. licet ꝙ ſit aliquid ſm̄ ꝙ homo. Item ponit ꝙ aſſumens nō eſt
aſſumptum. Item ꝙ ille homo eſt diuina eſſentia. ⁊ econuerſo. Tercia
opinio tanq̄ꝫ heretica reprobatur quia ponit non eſſe duas naturas in
vna perſona xp̄i. Et ꝙ due ſubſtantie humane nature non pertinent ad
perſonalitatem filij dei. ſed extrinſecus ſe habent ad ipſam. Dicimus
ergo ꝙ tanta eſt ibi vnio vt quicquid dicitur de filio dei. dicatur ⁊ de
filio hominis. ⁊ ecōuerſo. His tamē exceptis in quibus exprimit᷑ vnio
vel clauditur negatio. Si enim ſit vocabulum in quo aliqua repugnā-
tia includitur ſicut eſt vnire. incarnari. aſſumere. aſſumi. in quibꝰ inclu
ditur reſpectus vnionis vnius nature ad alteram tunc non tenet pre-
dicta regula. Similiter non tenet ſi in vocabulo includitur negatio ali
cuiꝰ. cuius oppoſitū alteri competit. ſicut incipere. eſſe. creari. ⁊ ſimilia.
Nota ꝙ proprie loquendo compoſitio eſt corporum. coniunctio eſt cor
poris. ⁊ anime vnio eſt diuine nature ad humanam. tamen vnum poni

tur pro reliquo ¶ Quinqʒ ſtatus fuerunt primi hominis·⁊ de quolibʒ
ſtatu accepit criſtus aliquid·Primus ſtatus fuit innocentie de quo ac
cepit immunitatem peccati·Secundus fuit gratie de quo accepit ple
nitudinem gratie·Tercius fuit culpe de quo accepit recompenſationē
pene·Quartus fuit penitentie·de quo accepit propaſſionem doloris·
⁊ triſticie·Quintus fuit glorie·de quo accepit plenam fruitionē·Cor
pus xpi ſm̄ Johan̄·Damaſce·fuit formatum ex ſanguine beate virgiſ
non ex carne·Nam vere matris eſt ſm̄ Philoſophos tantūmodo ma
teriam miniſtrare·ſed dare virtutem formatiuam que actiue materiā
formet eſt patris ⁊ non matris·Cum igitur beata virgo proprietatē
matris vere habeat\oportet ꝙ materiam contulerit que ſm̄ naturam
ſit materia conueniens humani corporis·Et tamen integritatem virgi
nalem non polluat·Talis autem materia non eſt caro·Quia dicit Phi
loſophus ꝙ id quod eſt actu pars\non eſt materia generationis cum
non ſit potentia totius·Caro autem eſt actu pars vnde nō eſt materia
generationis·Talis quoqʒ materia non fuit ſemen femineum·qꝛ hoc
puritati virginis non conueniebat·Nec etiam ſm̄ Philoſophum eſt
neceſſarium ad generationem·Quia mulieres alique concipiunt ſine
ſeminatione·Talis ergo materia fuit ſanguis·Quia ille\ſm̄ Phm̄\ē
in nobis etiam materia generationis·Quod autem dicit Apl's ad Ro
manos·Qui factus eſt ei ex ſemine Dauid·intelligendum eſt originalr
non materialiter·Virtus autem formatiua in beata virgine non fuit
ex patre carnali ſed ex virtute altiſſimi

¶ Vtilitas incarnationis xpi· Capitulum ·viij·

Amiſimus per peccatum propriam excellentiam·atqʒ mentis
innocentiam·ac dei amiciciam·Hec autem recuperari opor
tuit per beneficium ſaluatoris·Excellentiam enim recuperare non po
tuimus niſi per recupatorem excellentiſſimum·Quia ſi per meram cre
aturam reparati eſſemus tūc oporteret nos eſſe ſubiectos illi creature
Innocentia quoqʒ reacquiri non poterat niſi per ſatiſfactorem ſuffici
entiſſimum·qui videlicet deus eſſet ⁊ homo·Deus quidem \quia pro
omnibus ſatiſfacere poſſet·Homo vero de genere Adam qui peccaue
rat·Ille nanqʒ congrue ſatiſfecit qui p̄t ⁊ debet·ſʒ nō p̄t niſi deus\nō
debet niſi hō·Amicicia ſil'r reformari nō poterat niſi ꝑ mediatorē cue
nientiſſimū qui ſcʒ vtriqʒ parti conformis eſſʒ·⁊ vtriqʒ parti amicꝯ Hoc
aūt cuenit xpo qui eſt deo ſimilis per deitatem·⁊ homini per humani
tatē·Venit in incarnacōe tanꝙ dn̄s ad ſeruos vt eos corrigeret·tanꝙ
medicꝯ ad egrotos vt eos ſanaret·tanꝙ mgr̄ ad diſciplos vt eos iſtru
eret·Per primū oſ̄dit deus potentiam·ꝑ ſecundū ſapiam·per tercium
bonitatem ¶ Quatuor fructꝯ diuine incarnationis aſſignat Bernardꝯ
Manna de celo deſcendit gaudeant eſurientes·De vinea celi botrus

erupit gaudeant ſitientes· Oleum effuſum eſt gaudeant egrotantes·
Lapis ſine manibus de monte preſciſus eſt timeant negligentes· Cri
ſto homini plures actus conueniunt nobis multum ſalutiferi · ꝑ quos
diuerſis rebus naturalibus ⁊ artificialibus comparatur· Ipſe nanqꝫ
xp̄s dicitur caput propter motum ⁊ ſenſum ſpiritualium · qui mēbris
ſuis influit· Mediator quia participat ꝓprietates humane nature ⁊ di
uine· Et ideo efficaciter inter deum patrem ⁊ nos poterit mediare· Fū
damentum propter fidem qua in nobis illuminat intellectum· Oſtium
ꝓpter caritatem qua perficit affectum· Paſtor inq̄ntum incorporat nos
eccleſie per ſacramentoꝝ participationem· Hoſtia quia ſoluit obliga-
tionem contractam per peccatum originale· ⁊ etiam peccata actualia·
Sacerdos quia ipſe ſe rogat· ipſe ſe exaudit· ipſe ſeruus rogat ſe do-
minum· Ipſe deus exaudit ſe hominem· via in exemplo· vita in p̄mio ·
Item enumerat Bern̄· quatuor vtilitates aduentus domini dicens ·
Venit medicus ad egrotos· redemptor ad venditos· ad erranteſ via
ad mortuos vita· Sunt adhuc multe vtilitates incarnationis chriſti·
Quia deus factus eſt homo vt fieret homo deus· Dominus fact⁹ eſt
ſeruus vt fieret ſeruus dominus· Deus de celis ad terras deſcendit/
fuit ĩ paulo\qñ dixit·Scio cui credidi ⁊ cert⁹ ſum·Et q̃ fuit in adã añ
pctm̃ fuit cũ certitudie viſiõis·tñ ſatis debilioris q̃ in celo vñ ſpes ſit
ſumpta adhuc ẽ min⁹ ꝓprie dicta·Ex hijs pʒ q in pr̃ia nõ eſt ſpeſ\ q2
beatitudo eſt oĩm bonoꝝ ſil'tota poſſeſſio·Vñ ibi nihil eſt futuruʒ qd
ſpet·Et licʒ ſcis ſit adhuc futura reſurrectio corpoꝝ ſm rẽ\tñ pñs eſt
ſm cognitõʒ·Spes aũt ſic futuꝝ reſpicit q priuat tã pñtiã rei q̃ cgni
tõʒ·Prout ſpes ꝓpe ſumit duplex eſt ſpes\ſcʒ ſuffragij ⁊ pñe auctis·
Prima ponẽda ẽ in ſcis·Scd̃a ĩ ſolo deo eſt·Et hec triplex·ſcʒ venie·
pſal·In te dñe ſpaui nõ cõfundar ineternũ·Gr̃e·Pſal·Spantẽ in dño
miĩcordia circũdabit Gl̃e·Prouer·Qui ſpat in dño ſaluabit Effect⁹
ſpei multiplex eſt·Pmo a tribulatõe liberat·Pſal·In te ſpauerũt pr̃eſ
nr̃i ſpauerũt et liberaſti eos·Exẽplum de ſuſanna ⁊ daniele·Cõfortat
Mach·q̃ peuntes·vij·ilſios ſub vnius diei tpe cõſpiciẽs mr̃ bono aĩo
ferebat ꝓpter ſpẽ quã in deũ hẽbat Mentẽ eleuat·Iſaie·Qui ſpant in
dño mutabũt fortitudinem aſſumãt pẽnas vt aquile ⁊c·Saluat·Pſal·
Qui ſaluos facit ſpanteſ in ſe·Tpalia miſtrat·Pſal·Oculi oĩm ĩ te ſpe
rãt et tu das illis eſcã ipoꝝ in tpe opor·⁊c·Spes cõpat multis modiſ
vel reb⁹Dicit em̃ galea·Ad Theſ·Et galeã ſpẽ ſalutis·Anchora He
bre·dr de ſpe·Qm̃ ſicut anchorã habem⁹ aĩe tutã et firmã Medicina
pſal·Speraſ ĩ dño ñ infirmabor·Gẽma·puer·Gẽma gr̃tiſſima expecta
tio p̃ſtolãtis·Solaciũ·Hebre·Vt fortiſſimũ ſolaciũ habeamus q̃ con
fugimus ad tenendũ ꝓpoſitã nobis ſpẽ Clauis·Gloſa ſup illud pſal·
Spera in deo·Per ſpẽ intrat ad videndum id quod credit·Lignũ vi
te·Sap·Si corã hoibus tormẽta paſſi ſunt ſpes illoꝝ immortalitatẽ
plena eſt·

De caritate Capitulum·xxij·

c Aritas ſm apl'ʒ diffinit ſic·Caritaſ ẽ finiſ p̃cepti d corde puro
⁊ ↄſcia bona ⁊ fide ñ ficta·Et ſũit hic finis ↄſũ atõiſ q2 caritaſ
ẽ ↄſũatio ſiue pfectõ oiſ p̃cepti·Põt etiã dici finis termiatõiſ p̃ceptoꝝ
q2 oĩa opa q̃ ſũt ĩ p̃cepto tẽdũt ad caritatẽ vt magis ac magis habeat

De corde puro.i.intellectu puro.Dicit gloſa. Et ſumit̃ hic intellectus
ꝑ actu intelligēdi ſ̃m quē cauſat̃ mot⁹ caritatis. Quāto enim q̃s deuz
magis intelligit.tāto magis diligit.niſi alias impediat̃.Et ita hec p̃-
poſitio de\notat cauſam efficientē. Et cōſcientia bona.i.ſpe. q꜡ q̃ purā
hꝫ cōſciam ſecure ſpat.Et fide nō ficta.i.ſimilata vel nō fragili ſed in
ter aduerſa fortis.Proſper in libro de vita cōtemplatiua deſcribit ſic
caritatē.Caritas eſt\ut mihi videt̃ recta volūtas ab oībus terreniſ ac
p̄ntibus ꝓrſus auerſa.iūcta deo inſeꝑabiliter. et vnita igne quodā ſpi
ritus ſancti a quo ē.et ad quē refert̃ incenſa. Inq̄namēti oīs extranea
corruptōis neſcia.nulli vicio mutabilitatis obnoxia.ſuꝑ oīa q̄ carnali-
ter diliguntur excelſa.Affectionū oīm potiſſima.dine cōtemplatōiſ a-
uida. In oībus ſꝑ inuicta.ſumma actionū bonaꝝ. Salus moꝝ.finis ce
leſtiū p̄ceptoꝝ.Mors criminū.vita virtutū.Virtus pugnantiū. palma
victoꝝ.Sanctaꝝ mentiū arma.cauſa meritoꝝ bonoꝝ. p̄miū ꝑfectoruꝫ
ſine qua nullus deo placuit.cū qua nō potuit aliq̄s peccare.Fructuoſa
in penitētib⁹.gl'oſa in ꝑſeuerātib⁹.Leta in ꝓficiētib⁹.victorioſa ī mar
tirib⁹.Operoſa ī oībus oīno fidelibus.ex q̄ quicq̄d eſt boni opis viget.
Caritas eſt mater virtutū.q꜡ ſicut matris eſt nutrire\ſic caritas virtu
tes et bona oꝑa nutrit.Dicit̃ etiā caritas forma\q꜡ ſicut mediāte for-
ma potētia exit in actū\ ſic mediāte caritate virtutes et oꝑa exeunt in
actū vtilem.Caritas d̾r radix.q꜡ ſicut a radice humor et viriditas. ſic
a caritate virtutuꝫ et opeꝝ viuificatio.Caritas d̾r vinculū .hꝫ em̄ rōeꝫ
vniēdi diuerſa.ſic caritas Col'.iij. ſuꝑ oīa aūt hic caritatē hn̄tes q̄ eſt
vinculū ꝑfectōis.Vn̄ qui hꝫ vnā hꝫ omnes. Caritas d̾r caput.q꜡ ſicut
caput mēbris ſenſum ⁊ motū influit.ſic caritas virtutibus motū opan
di meritorie ꝯfert.Caritas d̾r finis quo q̇eſcit̃. Finis vero quo quieci
tur deus eſt. in quo mediāte caritate quieſcimus. Caritas quantū ad
actū diffinit̃ quatuor modis.Primo ſic in tercio li.ſniaꝝ. Caritas ē di
lectio q̄ diligit̃ deus ꝓpter ſe et ꝓxim⁹ ꝓpter deum et ī deo.Scd̄o ſic
Quid eſt caritas niſi vita copulās amatum cum amato. Tercio ſic ſ̃m
Aug.Caritas ē virtus q̄ videre deū ⁊ ꝑfrui deſideram⁹.Quarto ſ̃m
Aug.Caritas eſt virt⁹ q̄ aī nr̄i rectiſſima affectio eſt. Haꝝ diffinitio-
num prima d̾r in ꝯpatōe ad deuꝫ.Scd̄a ī cōpatōe ad ei⁹ poſſeſſorem.
Tercia in ꝯpatōe ad terminuꝫ.Quarta in cōpatōe dilecti ad dilectum.

Dr̄ntia eſt inter caritatē ⁊ alios amores Capitulū xxiij.

Amor triplex eſt.ſcꝫ gratuitus.naturalis. et viciosus. Amor g̃
tuitus eſt laudabilis.quia virtus habet finem principaleꝫ bo
num incōmutabile.hic diuiditur in amiciciā et cōcupiſcentiaꝫ.
Scd̄m amiciciā diligit quis deum puriſſime.non reſpiciens vtilitateꝫ
ſuam ſed bonitateꝫ amici.hoc modo diligit homo plus deuꝫ q̄ ſeipm̄.
Scd̄m ꝯcupiaꝫ diligit vero quis deū.q꜡ remuneratōeꝫ in eo expectat

Amor naturalis neqȝ laudabilis neqȝ vituꝑabilis\ꝛ hȝ finē indigen=
tiā vel vtilitatē ꝓpriam· Iſte ſił diuiditur in amiciciā ꝛ ꝯcupiaȝ· Scōm
amiciciā diligimus hoc amore nos ꝛ nr̄am pfectōeȝ\ et noſtrā ꝯſuati
onē· Et magis ea q̄ magis ſunt neceſſaria ·vt caput ꝓ quo totū corpus
ſuppoĩmus· Hec cōmunis nobis et brutis eſt· Scōm cōcupiſcentiā ve
ro diligimus deū\qꝛ neceſſitati nr̄e ſubuenit vel ſubueniet· qꝛ hoc amo
re nō diligitur res ꝓpter ſe\ſȝ ꝓpter vſum eius· Vn̄ hoc mō pl⁹ dili=
git hō ſe dilectōe naturali q̄ȝ deū· Amor vicioſus vituꝑabilis ē\ quia
pc̄tm̄ habȝ finē voluptatē ſiue dilectōem in creaturā ſiue vanā delecta
tōem· Hic amor diuidiť etiā in amiciciā et ĩ cōcupiaȝ. Scōm amiciciā
diligimus hoc amore delectatōeȝ creature ꝓpter ſe\q̄uis in nobis nō
habeať· Scōm cōcupiaȝ vero diligimus voluptatē creature ꝓpter noſ
¶ Amor iterū multiplex ē·ſcȝ naturalis erga ſe·pius apud ꝑentes· Io
cūdus erga ſocios·iuſtus apud oēs·violent⁹ erga inimicos· ſanct⁹ er
ga deū· Itē drn̄tia eſt inter amorē et caritatē et dilectōeȝ·qꝛ amor ꝓpe
eſt nature· Et dꝛ amor q̄ſi aĩoꝝ vnio·hic quietat appetitū in re amata·
Dilectio eſt amor ꝓximi·ꝛ dꝛ dilectio q̄ſi duo ligans· Sociat em̄ amā
tē ad amatū in amore·ut ſcȝ mutuo ſe diligāt· Caritas ē amor in deū·
Hic amicū determinat ꝛ indicat oĩb⁹ cariorē· Vn̄ dꝛ caritas q̄ſi cara
vnitas·vel q̄ſi caꝝ deo faciēs· Alia ē drn̄tia inter p̄dicta\ qꝛ amamus
deū ꝓpter ſe·diligim⁹ eū ſuꝑ oĩa· Caritas vtrūqȝ cōplectiť· ſcȝ ꝓpter
ſe ꝛ ſuꝑ oĩa· Diligere deū in hoc differt a dilectōe ꝓximi·qꝛ diligere
deū eſt velle ei bonū qđ hȝ·ſcȝ q̄ȝ ſit oĩpotens ꝛ ſumme bon⁹\ ꝛ hmōi·
Itē diligere deū ē velle ei⁹ p̄cepta ſuare cū intentōe fruēdi eo· Item
diligere deū ē velle ip̄m poſſidere ꝛ poſſideri ab ip̄o· Itē diligere de
um ē volūtatē dei volūtati ſue in oĩbus p̄ferre· Diligere vero ꝓximuȝ
eſt velle ſibi ſummū bonū nō ꝑ eſſentiā ſed ꝑ grām· Itē diligere ꝓxi=
mū ē ſucceſſum bonū ei optare et q̄rere· Itē diligere ꝓximū idē velle
et idē nolle in bono· Itē diligere ꝓximū eſt ei velle hoc qđ ſibi· Eſt ite
rū differētia inter dilectōem dei et ꝓximi·qꝛ deū diligimus in ſe et ꝓ=
pter ſe·ꝓximū vero diligimus in deo et ꝓpter deū· Quoniā dicim⁹ eē
duplicē caritatē·ſcȝ dei et ꝓximi· Hec duplicitas nō intelligiť q̄ntū ad
habitus\ſed q̄ȝtū ad act⁹\qꝛ vno habitu caritatis diligiť deus et ꝓxi
mus· Caritas q̄nq̄ȝ dicit habitū· Apl'us· Caritas dei diffuſa ē in cor=
dibus nr̄is· Q̄nq̄ȝ motū· Can̄· Ordiauit ĩ me caritatē· Q̄nq̄ȝ ſignū· Vn̄
Maiorē caritatē nēo hȝ·i·mai⁹ ſignū caritatis· Q̄nq̄ȝ terciā pſonā ĩ tri
nitate· Ioh· De⁹ caritas ē ꝛc· Et ſic ſumiť pſonaliter· Q̄nq̄ȝ ſumiť eſſē=
tialiter· Et ſic tota trinitas dꝛ caritas· Q̄nq̄ȝ ſumiť ꝓ feruore caritatis
Vn̄· Dimiſſa ſunt ei pc̄tā multa quoniā dilexit multum·

De effectu caritatis· ¶ Capitulum·xxiiij·

CAritas peccatū expellit· Vnde Luce·ij· Dimiſſa ſunt ei pc̄tā·

Legem cuſtodit. Ap. Qui diligit legem impleuit 2c. Deum homini
iungit. Johannis. Qui manet in caritate in deo manet ⁊ deus in eo.
Mẽtẽ virtutibus ornat. Aplꝰus. Caritas patiens eſt benigna eſt. Per
fectionem adducit. Aplꝰus. Adhuc excellentiorẽ viã vobis demonſtro
Gl'iam tribuit. Johãnis. Si quis diligit me 2c. Et ſequitur. Ad eũ ve
niemus et manſionẽ apud eũ faciemus. Dilectõe dei dignũ efficit. Jo
hannis. Si quis diligit me diliget a p̃re meo. Caritas in cordibꝰ no
ſtris diffundit cũ ad primũ dilatatur. Effunditur p p̃dicationem et p
opera miſericordie. Infunditur p illuminatõem gratie. Supfundit p
opa pfectõis et ſuperogatõis. Per caritatẽ venit deus ad hoĩes in in
carnatõe et in hoĩes in gratie collatõe. Per ipaz caritatem currũt ho
mines ad deũ bona opatõe et puemũt ad deũ in gl'ificatõe. Amoris ẽ
vulnerare. q2 intima cordis penetrat. Cañ. Vulnerata caritate ego ſũ.
Lãguidũ facere. et hoc p deſideriũ eſſendi cũ amato. Cañ. Nũciate di
lecto q2 amore lãgueo. Inebriare. q2 ſic tendit in amatũ ꝙ ſuiipſius et
oĩm rerũ p̃ter illũ obliuiſcit. Cañ. Comedite et bibite et inebriami 2c.
Liq̃facere. q2 cor in diuina dulcedĩe ſic reſoluit ꝙ appetitꝰ cũ appetibili
mirabili amicicia vnit. Cañ. Aĩa mea liq̃facta ẽ. Amor hȝ vim diffuſi
uã in bona operatõe. vnitiuã in primi dilectõe. trãſformatiuã in iuſtifi
catõe. Itẽ aliter hoc oñditur\ q2 vim hȝ diffuſiuã ut pȝ in rerũ creatõe
vnitiuã vt patet in xp̃i incarnatõe. trãſformatiuã vt patȝ in glorificati
one.

Quibus rebus caritas comparat. Capitulũ. xxv.

Caritas eſt bonoꝝ principiũ\ q2 a deo. ipa eſt bonoꝝ mediũ q2
ſm deũ. Ipa eſt bonoꝝ finis\ q2 ꝓpter deũ. Vl' aliter. Caritas
d2 bone operatõis principiũ q2 mouet ad illud Greg. Caritas
operat magna ſi eſt. Dicit et mediũ\ q2 opa informat. Dicit quoqȝ fi-
nis\ q2 opa dirigit et ad finẽ debitũ pducit. Quõ caritas dicat finis
Sciendũ ꝙ triplex eſt finis. ſcȝ ↄſumptõis\ ↄſũmatõis. terminationis
Prio mõ caritas eſt finis pctõꝝ\ q2 illa cõſumit. Secũdo mõ caritas ẽ
finis p̃ceptorũ q2 illa pficit. Tercio tam vita eterna q̃ etiã ip̃e deꝰ ẽ fi
nis nr̃i laboris. Sed vita eterna dȝ eſſe terminus quo quieſcit. Deus
vero terminus in quo quieſcit. Caritas dicit forma virtutũ multiplici
ter. ſcȝ q2 mouet omnes virtutes ad opa exteriora p q̃ perficiũtur vir
tutes et merẽt augeri. Scdo\ q2 oẽs virtutes mouent ad finẽ caritatis
ſcȝ ad bonũ. Caritas eñ hȝ bonũ p fine et obiecto. Alie aũt virtutes
hñt bonũ nõ p obiecto ſȝ p fine tm̃. ⁊ ille finis virtutũ pfectõem deno
tat. Tercio q2 caritas augmẽtat virtutũ delectatõeȝ ⁊ tollit faſtidiũ ⁊
alleuiat onera ꝓpter ipſius deſideriũ. Quarto q2 ↄplet aĩaȝ ⁊ pficit. nõ
q̃dẽ ĩ eẽ nature ſȝ ĩ eẽ g̃tuito ⁊ meritorio. Caritas ml'tis rebꝰ ſilis d2.
q2 ↄpat auro qd fornax tribulatõis pbat. Aurore quã ſeq̃t dies eter
nitatis. Arche noe ĩ qua qui nõ fuit inuẽtꝰ piijt. Arbori bonos fructus

ꝑferenti· Ale ad celeſtia ſubleuanti· Bitumini animā deo cōiungenti·
Claui celum aperienti· Corone mentē decoranti· Capiti ſenſum ⁊ mo=
tum influenti· Caritas enim influit ſenſum ideſt rationem merendi ali
is virtutibus· Influit etiam motum·i·affectum mouendi meritorie di
ei mentem illuminā̄ti· Chori thronum deo exhibenti· Fumi deo attra=
henti· Firmamento aquā voluptatis ab aquis eternitatis diuidenti·
Fonti mentem irrigā̄ti· Gēme animā ornanti· Gladio flammeo para=
diſum cuſtodiē̄ti· Igni affectum accendenti· Iugo ſuauiter prementi·
Mān̄e de celo deſcendenti· Roſe rubenti· Radici humorē gratie quem
a ſummo trahit ad virtutes trā̄ſmittē̄ti· et ſic nutriant̄ et conſeruentur
in̄ bono· Soli fulgē̄ti· Theſauro latenti· Vinculo ratōis omnes diligē
ti· In dilecto colligenti· Vino inebrianti· Veſti peccatoꝝ multitudinē
cooperienti· Vngento vulnera letalia curanti

De excellentia caritatis Capl̄m ·xxvi·

Caritas excellit alias virtutes in multis· Primo in dei confor=
mitate· Johā̄nis· Diligamꝰ deū quoniā ipē prior dilexit nos
Secundo in̄ ſpirituali dignitate· Richardus de ſancto victo=
re· Caritas eſt regula virtutuꝫ· Tercio in p̄cioſitate· qꝛ eſt aurum de o=
phir· Quarto de ſpecioſitate\ qꝛ eſt planeta veneris et anime pulchri=
tudo· qꝛ ſicut pulchritudo exterioris hominis eſt ex decenti mē̄brorum
ordinatōe ⁊ venuſtate coloris· ſic pulchritudo anime eſt ex decē̄ti ordi
natōe actuū et habitu venuſto· hoc aūt facit caritas in aīa cuiꝰ actuſ
ordinatus eſt et venuſtꝰ habitus· Quinto in ſupportatōe laboriſ· Aug·
Omnia grauia et inania leuia facit amor· Sexto in vigoroſitate· Can̄·
Fortis eſt vt mors dilectio· Septimo in vtilitate· Aug· Habe caritatē
et fac quicquid vis· Octauo in dulcedine· qꝛ caritas ſm̄ actū ſuum fa
cit delectari nos in deo nō ſolum in̄ patria ſed etiā in̄ via·

De ſignis dilectionis Capitulum·xxvii·

Signa dilectionis ſunt· quia amicus amicum libē̄ter audit· li=
benter de ipō loquitur ſepe de ipō cogitat· Sine tedio ſibi ob
ſequitur· Corpus et res ꝓ illo exponit· Offenſam cauet· offen
ſum placat· Cōgaudet ꝓſperitati· cōdolet aduerſitati· Gaudet de ſua
p̄n̄tia· dolet de abſentia· diligit et odit hoc quod ille· Conatur ei place
re· timetqꝫ diſplicere· Trahit alios ad eius amiciciā· munera ab eo da
ta non alienat· Cōſilijs ſuis acq̄eſcit· petit ab eo fiducialiter· Quali
ter quis ſcire poſſit vtrum habeat caritatem· Nota ꝙ quidā ſciunt ſe
non habere caritatem ut qui ſunt in̄ actu peccā̄di vel in̄ ꝓpoſito· Qui=
dam dubitant ſe habere quia ratōnes habent ꝓ vtraqꝫ parte· vt ſunt
illi qui incipiunt facere illud quod in ſe eſt· Quidam putant ſe habe
re· ſicut qui multa bona opera fecerunt· et diu abſtinuerunt a pecca=
to· adhuc tamen ſuſtinent motus temptationis et ymaginantur turpia

Quidam experiũtur ſe habere caritatẽ vt illi qui guſtant diuinã dulce dinem in quibus fere fomes extinctus eſt. et quaſi vel ſemper bona fa ciunt vel affectant. Quidã certi ſunt ſe habere vt quibus deus reuela uit qualis fuit aplus paulus

De gradibus amoris Capitulum. xxviij.

Gradus amoris ſunt iſti. Primus cuz diligo me ꝓpter me iſte amor non eſt bonus. Secundus cum diligo deum ꝓpter me. hic eſt mercenarius. et tunc erit bonus ſi principalis finis erit deus. Tercius cum diligo deũ ꝓpter ſe id eſt qꝛ bonus. hic eſt valde bonus. quia talis amor vno tantũ oculo id eſt dextero deum reſpicit. Quartꝰ cum diligo me ꝓpter deum hic eſt optimus. qꝛ in tali amore nihil que rit homo de ſuo etiã in ſeipõ ſed ſolũmodo que dei ſunt. Super omnia diligẽdus eſt deus qꝛ cũ ipſe ſit primũ ex hocipõ eſt ſummũ. et hocip ſo ꝙ ſummũ ſumme bonũ. Et hocipõ ꝙ ſumme bonũ eſt ſumme beatũ Et hocipõ ꝙ ſumme beatũ eſt. ſumme beatificatũ eſt. Et hocipõ ſũme fruendũ. Et hocipõ eſt ei ſumme ꝑ amorẽ inherendũ. ⁊ in eo tanꝙ in fi ne quieſcẽdũ. Tria generaliter diligunt ſcȝ vtile delectabile honeſtũ Propter primũ diligenda eſt tribulatio quia vtilis. ꝓpter ſecundũ di ligenda eſt virtus amplius qꝛ honeſta. Propter terciũ diligẽdus eſt maxime deus qꝛ delectabilis Immo ꝓpter hec oĩa diligendus eſt de us qꝛ ipm̃ diligere eſt vtile delectabile et honeſtũ. Gradus caritatis inquantum ipã tollit peccatũ ſunt iſti. Primo tollit caritas peccatum mortale nõ quantum ad habitũ ſed quãtum ad actum. Liberat enim a peccato mortali ſed nõ a ptãte cadẽdi ĩ illud. Scdo modo caritas tol lit peccatũ mortale quãtum ad actum et ad habitum Sed veniale neu tro mõ ſicut patet in aliquibus ſanctificatis Tercio caritas tollit pcm̃ mortale vtroqȝ modo et veniale et quo ad habitum nõ tollit ſed quo ad actum. Talis fuit caritas in beata virgine añ cõceptõem xpi Quar to caritas tollit vtrumqȝ vtroqȝ mõ. Sic fuit in beata virgine in con ceptõe et poſt Tunc enim fuit in ipã ſublatus fomes peccãdi totaliter Quinto tollit caritas vtrũqȝ vtroqȝ mõ et inſuper omnẽ miſeriaȝ. ſed hoc fiet in patria. Perfecta eſt caritas quãdo eſt habitu magna motu interiori directa ope exteriori ſollicita. Radice ſtabilita. feruore diſcre ta dulcedine cõſolatoria. Diligitur deus toto corde. i. intellectu ſine er rore. tota aĩa. i. voluntate ſine cõtrarietate. tota mente. i. memoria ſine obliuione

De ordine caritatis Capitulum. xxix.

Ordo caritatis ſm Aug. eſt diligere. Primo quod ſupra noſ ẽ. i. deum. deinde qd intra nos eſt quod nos ſumus. Poſt hoc quod iuxta nos eſt. i. proximuȝ. Ultimo quod infra nos eſt. i. ꝓ prium corpus. In eodẽ gradu contineri debet corpus ꝓximi qꝛ vtrũ qȝ tenet rationem inferioris boni reſpectu ſpiritus noſtri. et cetera.

Scđm ambroſium diligēdus eſt primo deus· ſcđo ꝑentes· deīde fi-
lij·poſt domeſtici·vltimo inimici· Sed hoc de exhibitōne quidā intelli
gūt· Aliquis diligit̄ magis altero multipliciter· ſcʒ maiori affectu·ſic
ſup oīa diligēdus eſt deus· Sed inter hoīes magis diligēdi ſunt pa
rentes ꝙ̄ filij·Deīde cōſanguinei ſc̄m gradū cognatōiſ· Maiori effe
ctu\ſic plus diligendi ſunt filij ꝙ̄ parētes· Sed eq̄ ꝑentibus pri⁹ ſuc
currēdū eſt magis indigēti· Ad maiorē gratiā\ſic magis diligēdi ſūt
qui magis ſe ad grām abilitāt· Ad maiorē gl̄iam\ſic diligēdi ſunt ſe
cundū gdus ꝑticipādi bonum gr̄e· ¶ Nota ꝙ idē eſt ordo dilectōnis
nature et gr̄e·hoc excepto ꝙ hō dilectōe naturali magis diligit ſe ꝙ̄
deū·ſed ecōuerſo eſt in dilectōe ḡtuita· Preterea ſciendū ꝙ idē ordo
caritatis qui ſc̄m Aug·eſt in via erit in patria·q2 cū gloria ꝑficiat na-
turam·quicquid non eſt imꝑfectōis in natura manebit in gloria

De dilectōe ꝓximi· Capitulum ·xxx·

Mutuo ſe debēt hoīes diligere·q2 oēs ſūt mēbra vnius corpis
xp̄i miſtici\q2 vno ſpū ſancto viuificātur ſpūaliter \et vniuntur
q2 vnam fidem hn̄t· Quia vnū baptiſma receperūt· Quia vnū
habent p̄rem et dn̄m·q2 ad vnū tendunt regnū· Dilectionē ꝓximi ſua
det ius nature·Math· Quecūq3 vultis ut faciant vobis hoīes ⁊c· Jus
ſcripture· Vnde diliges dn̄m deum tuū ⁊c· Exemplū creature\ q2 ſil'e
ſimili cōgaudet· ⁊ omne ſil'e diligit ſibi ſil'e · Melius eſt diligere ꝙ̄
diligi quadruplici rōe· Primo\q2 qđ diligimus ſcim⁹· ſed qđ diligi-
mur neſcimus ſed credimus· Scđo q2 ꝙ diligimus ꝓprie virtutis eſt
ſed ꝙ diligimur aliene· Tercio q2 cū diligimus alios obligamus ·cuʒ
vero diligimur alijs obligamur· Quarto q2 cum diligimus meremur
nobis·cū aūt diligimur alij merent̄ ſibi· Per dilectōnem ꝓximi effici
mur imitatores xp̄i· Johānis·Hoc eſt p̄ceptū meū vt diligatis inuicē
⁊c·Saluatoris diſcipuli· Jn hoc cognoſcēt om̄s\ q2 mei eſtis diſcipuli ·
Cōtemplatores dei· Johānis· Qui diligit fratrē ſuū in deo manet ⁊ vi
det deū· Societas fraterna vtilis eſt rōe ſubleuatōis· Prouer· Ve ſo
li qm̄ ſi ceciderit· Rōe cōſolatōis·pſal· Ecce ꝙ̄ bonū et ꝙ̄iocūdū· Rōe
exercitatōis· Seneca· Sp a me oculos tuos ponēdus eſt aliquis cui⁹
extremo ꝑficias\q2 niſi ad regulā praua nō corriges· Prouer· Ex mo
dica ſcintilla augetur ignis·

De dilectione inimici Capl'm· ·xxxi·

Circa dilectōem inimicoꝝ Nota ꝙ alia eſt dilectio affectus ⁊
alia effectus· Dilectio affectus duplex eſt\q2 alia eſt innocētie
alia beneficētie· Dilectōe innocētie tenemur diligere inimicoſ
q2 non debemus eis optare malū inꝙ̄tū malū· Sed eis inꝙ̄tū expedi
ens vel reipublice· Affectus dilectōis beneficētie duplex eſt ſcʒ prici
palis et ſcđarius· Affect⁹ pricipalis eſt velle inimicis ⁊ optare bona

ſpūalia ſicut eſt gratia ⁊ gloria. Hoc mō tenemur affectu diligere inimicos. Affectus aūt dilectōis beneficētie ſcdarius eſt optare inimicis bona tpalia. Hoc mō nō tenemur ſp diligere inimicos. qꝛ non expedit ſemp eis habere bona tpalia. Eodē mō diſtinguēdū eſt de dilectōe effectus. qui ſilr eſt innocētie et beneficētie. Primo mō tenemur oēs diligere inimicos. qꝛ tenemur eis mala non inferre\ niſi forte ꝓpter bonū pſone\ vel reipublice ¶ Scdo mō diſtinguēda eſt dilectio beneficētie Quia ſi eſt beneficiū ſpūale nccariū ad ſalutē\ tūc tenemur inimicis illud impēdere. ſicut orare p eis\ non quidē in ſpeāli\ ſed in gūi. ita ſcilicet vt nō excludamus eos ab orōibus cōmunibuſ. Si vero eſt beneficium tpale ad hoc nō tenemur niſi in caſu neceſſitatis. ¶ Nota tamen ꝙ duplicem poſſumus habere inimicū. ſcꝫ pſone nrē\ et eccleſie. Igit inimico pſone bñfacere pfectōis eſt niſi inquantū beneficiū ipſi vel alteri occaſionaliter nociuū eſt. qꝛ in tali caſu ſubtrahere beneficiū vtile ē Inimico aūt eccleſie beneficiū ſubtrahere pfectius eſt et melius. niſi qñ per beneficiū ſperat recōciliandus eſſe ¶ Ex pdictis patet ꝙ optare bona tpalia inimicis eccleſie impfectōis eſt niſi p accidēs ſcꝫ qñ creduntur p hoc cōuertēdi. Inimicis vero pſone optare bona pfectionis eſt niſi p accidēs ſcꝫ quādo putātur eis vel alijs fore nociua. ¶ Nota ꝙ licet amicū diligere ſit magis debitū. tñ inimicū diligere magis eſt remiſſionis pene meritoriū et ad alia multa valet. Primo qꝛ magis accedit ad pfectōem. Maioris eñ virtutis eſt qꝛ magis gratuitū. Scdo qꝛ motus caritatis in inimicū magis eſt meritorius remiſſionis pene. et hoc ratōe difficultatis\ licet in amicū magis ſit meritoriuſ vite eterne rōe intentōis. Amor eñ naturalis feruētiorē habet motū caritatis ſic et diſpoſitio materialis cōfert forme. Tercio qꝛ inimicū diligere expſſius ſignū caritatis eſt. qꝛ cōtra motū nature eſt. Vñ et valde difficile eſt niſi aſſit grā p quā vincat natura ¶ Nota ꝙ ille cui iniuria facta eſt nō debet recōciliatōem q̄rere ex debito neceſſitatis. ſed ſi facit cōplet debitū pfectōis. Vnde dicit Criſ. ꝙ talis debet recōciliatōem q̄rere vt duplicē grāꝫ ꝯſequat. Vnā qꝛ iniuriā paſſus eſt. alterā qꝛ prior rogauit.

¶ De virtutibus cardinalibus in genere. ¶ Ca. xxxij.

P Er virtutes cardinales rectificat aīa in ſuis viribus. Nā prudētia rectificat rationalē. fortitudo iraſcibilē. tempantia cōcupiſcibilē. iuſticia vero rectificat oēs vires. Ipſa eñ iuſticia cōphendit virtutes ordinātes ad ꝓximū ut eſt equitas et liberalitas\ et ordinātes ad ſeipm\ ſicut eſt penitētia innocētia. Et ordinātes ad deuꝫ ſicut eſt latria pietas et obedientia. Propter hoc iniuſticia dꝛ circuire omnes vires. et ꝙ non tm̄ eſt virtus ſpūalis et ſpēalis\ ſꝫ etiā generalis cōphendēs totius aīe rectitudinē\ cū ipa dicatur rectitudo voluntatis. Item p virtutes cardinales hō in opibus inſtruit\ et contra vicia

armat·Primū fit dupl'/q2 inſtruit quo ad ſe ꝑ prudentiā/ et quo ad
ꝓximum ꝑ iuſticiā· Scōm fit etiā dupliciter· q2 hō armat in ꝓſperis
ꝑ tꝑantiā·et in aduerſis ꝑ fortitudinē· Itē dicit Aug· ꝙ prudentia eſt
in eligendis/fortitudo in tolerādis·tꝑantia in ↄtēdiſ/ iuſticia in diſtri
buēdis· Itē dicit Aug· ꝙ prudētia eſt in ꝓcauēdis inſidijs· iuſticia in
ſubueniēdo miſerijs·fortitudo in ꝑferēdo moleſtijſ·tꝑantia in cohercē
do delectatōibus prauis· Ait Aug· in muſica ſua/ ꝙ ſuccedet pruden
tie cōtemplatio·fortitudi firmitas adherētie· Tꝑantie mēſura dilectōiſ
iuſticie debita ordiatio ad deū et ꝓximū· Iſte quatuor virtutes appel=
lant cardinales·q2 ſicut oſtiū vertit in cardine·ita in hijs vertit et re=
git vita hōis· Vocant et politice/q2 hominē ordināt in vita ciuili niſi
diuinitus infundant· Dicūtur et hūane·q2 humano ſtudio acquirunt·
Appellant et cōſuetudinales·q2 nō ex vno actu ſed ex cōſuetudine na=
ſcūtur/q2 et honeſtas hūana magis ſe exercitat in iſtis ſicut et ſancto
rum deuotio ſe magis exercitat in virtutibus theologicis· ¶ Nota ꝙ
prudentie eſt ſcire quid poſſit·tꝑantie eſt nō ꝓſumere qđ nō poſſit· for
titudinis eſt facere qđ poſſit·iuſticie eſt plus velle ꝙ poſſit· Iſte virtu
tes ſuos habēt gradus ꝑfectōis ſm quos aliter poſſent eos incipien
tes aliter ꝑficiētes/et aliter ꝑfecti· Dicūtur em̄ iſte virtutes qn̄q3 po
litice ſm ꝙ regūt vitā hōis quo ad opa exteriora ꝓut pugnāt contra
vicia/et hoc mō ſunt incipientiū· Purgatorie dicunt ſm ꝙ iā ſunt in
victoria viciorum/ et ↄſiſtūt partim intra/ꝑtim extra/ et ſic ſunt ꝑficiē
tium· Dicunt et purgati animi·ſm ꝙ iam deuictis vicijs qeſcit hō·ita
ꝙ raro primi mot9 inſurgūt/et hoc mō ꝑtinēt ad ꝑfectos· Exēplares
dicunt/ꝓut ſunt in mēte diuina·nā ſicut omniū rerū deus exēplar eſt·
ita et ydee virtutū in xp̄o conſiſtunt·

¶ De prudentia Capitulum ·xxxiij·

Prudentia ſm ꝙ eſt virtus politica eſt/vt ait Macrobius ad
ratōis normā que cogitat queq3 agit vniuerſa dirigere ac ni
hil ꝓter rectū velle vel facere· Prudētia vero ſm ꝙ eſt virt9
purgatoria eſt vt ait idē mundū et omnia que in mūdo ſunt diuinorū
cōtemplatōe deſpicere·omnē anime cognitōem in ſola diuina erigere·
Prudentia vero ꝓut eſt virtus purgati animi eſt ſola diuina noſſe/ et
ea tanꝙ nihil ſint aliud intueri· Prudētia ſane exēplaris eſt ipa mens
diuina cui oīa nuda ſunt et apta· ¶ Partes prudētie ſm Tuliū·intelli
gentia·ꝓuidētia·memoria· Intelligētia vero virtus eſt ꝑ quā animus
ꝑſpicit ea que ſunt· Prouidētia aūt eſt virtus vt idē Tulius ait/ꝑ quā
videtur aliquid futurū anteꝙ factū ſit· Mēoria eſt ſm eundē per quā
repetit quis ea que facta fuerāt· ¶ Nota ꝙ duplex eſt iudiciū ratōis·
ſc3 diffinitiuū et diſcretiuū· Judiciū diſcretiuū eſt quo ratio iudicat a=
liquid eſſe faciendū vel nō faciendū circa tale iudiciū eſt ſcientia et nō

virtus. Judiciū vero diffinitiuū eſt virtus quo ratio imperat aliquid
fieri vel nō fieri. Et circa illud eſt virtus. Unde in primo iudicio ſe hꝫ
ſciētia circa operatōes bonas. ut cōſiliariuſ. In ſcđo vero iudicio ſe hꝫ
virtus vt imperator. prudētia habet regere ceteras virtutes in acti-
bus ſuis ſm oēs partes philoſophie moralis. que ſunt ethica. monaſi
ca et yconomica et politica. Quarū prima ſcꝫ ethica mores quo ad ſe
ip̄m inſtruit. ſecūda ſcꝫ yconomica familiā diſponit. tercia ſcꝫ politica
vrbes ꝛ regna regit. Triplex ē prudētia. Pria ē cordis. et hec ē i diſpo
ſitōe p̄ntiū. et in recogitatōe p̄teritoꝝ. et in p̄uiſiōe futuroꝝ. Deutro.
Utrū ſaperēt. ſcꝫ p̄ntia. et intelligerēt ſcꝫ p̄terita. ac nouiſſima ꝓuide
rent ſcꝫ futura. Scđa eſt oris. et hec eſt in moderatōe ſermonū. ꝓuer.
Qui moderat̄ labia ſua prudentiſſimus eſt. Pſal. Pone dn̄e cuſtodiaꝫ
ori meo ꝛc̄. Tercia eſt opis. et hec conſiſtit ut ait Tulius in fuga mali.
et in electōe boni. Pſal. Declina a malo. et fac bonū. Nota ꝙ alia eſt
mūdana prudentia. alia hūana. alia diuina. Prima eſt in tp̄alibus con
quirēdis. ſecūda in cōmodo carnis. tercia in obſequijs diuinis. Officiū
prudentie eſt actus aliarū virtutū dirigere. ſicut ſupra dictū ē. Bern̄.
Diſcretio nō tam virtus eſt ꝙ̄ auriga virtutū. Nolle facere nec poſſe
falli. ut dicit Seneca. Res ſm veritatē eſtimare. Seneca. Tūc ꝑ ratōꝫ
recte viues ſi diuina prius exiſtimes. Si dignitatē rebus nō ex opinio
ne multoꝝ. ſed ex eaꝝ natura conſtituas nobis cōmiſſa ad dei gloriā
et ꝓximi edificatōem diſpēſare. Luce. Quiſputas eſt fidelis ſeruꝰ et
prudēs. ꝛc̄. Mutabilitatē fugere. Seneca. Scio te in quibuſdā pſeuera
re debere qꝛ cepiſti. quedā te nec incipe

De temperantia. Capitulum .xxxiiij.

Temperantia ſm macrobiū ꝓut eſt virtus politica eſt nihil ap
petere penitend. In nullo legem moderatōis excedere. ſub iu
go ratōis cupiditatē domare. Tp̄antia ꝓut eſt virtus purga
toria ē oīa relīq̄re inq̄tū natura patit̄ q̄ corpis vſus req̄rit. Tp̄antia ꝓ
ut ē vtꝰ purgati aī ē terrēaſ cupiditateſ n̄ reprimere ſꝫ penitꝰ obliuiſci.
Tp̄antia ꝓut eſt virtus exemplaris ē quedā in ſe ꝑpetua intentōe con
uerſatio. Partes tp̄antie ſm tuliū ſunt tres. ſcꝫ cōtinentia. clemētia mo
deſtia. Cōtinentia ſm eundē tuliū eſt virtus ꝑ quā cupiditas conſilij
gubernatōe regit̄. Clementia eſt ꝑ quā motus aī in odiū alicuiꝰ teme
re concitati cōmunitate vel hylaritate cōtinent̄. Modeſtia eſt virtus ꝑ
quam pudor honeſtus carā et ſtabilē cōpat auctoritatē. Species tp̄an
tie ſunt tres. ſcꝫ ſobrietas. continentia. ꝛ modeſtia. Prima cōſiſtit circa
guſtum in quo ponit modū ſobrietas. Scđa circa tactū conſiſtit quātū
ad vim generatiue qꝛ ponit modū caſtitas. Habet eīn hō vehementeꝫ
appetitū cōſeruādi ſe in eſſe indiuidui ꝑ nutritiuā. et cōſeruādi ſe in eſ
ſe ſpeciei per generatiuā. Iſti aūt appetitus reſtringunt̄ ꝑ ſobrietateꝫ.

et continētiam. Tercia cōſiſtit in dictis et factis. Factū autem put hic
accipit ptinet ad tres ſenſus\et circa eoꝝ ꝓprias materias ſcz viſuz au
ditū olfactū. Pertinet etiā hic factū ad tactū\nō quidē qui eſt in ge=
neratiua. ſed ad alios tactus\quoꝝ organa ſunt manus ad ꝑcutiendū
vel capiendū\et pedes ad ābulandū. In oībus iſtis modis ponit mo=
deſtia. Dignitas tꝑantie in hoc eſt ꝙ aīam decorat. qꝛ ſicut in naturis
forma decētior eſt ꝙ materia\ſic in moribus plus cōmendat modus ꝙ
īpa actio. ꝓpter hoc ꝯpat ſoli tꝑantia\q̄ medius planetaꝝ eſt\et decē
tior inter om̄ez. Meritū tumulat\qꝛ mediū tenuere beati. Vn̄ dr̄ ꝙ nō
verbis meremur\ſed aduerbijs. i. nō in eo ꝙ aliquid facimus ſed ī eo
ſi bn̄ facimus. Iſta patēt in illa vidua q̄ obtulit duo minuta\et magis
cōmendata eſt ꝙ qui magna dona miſerūt in gazophilaciū. Viciosos
appetitus refrenat. ſicut ſupra dictū eſt. Vn̄ cōpatur freno et remo et
lime\que ſupfluū rubiginis tollit de ferro. Actōes tꝑat\ſm ꝙ apl'us
inſtruit dicens. Ratōnabile ſit obſequium veſtrū. Mediū ſeruat. Bern̄.
Tene mediū ſi nō vis ꝑdere modū. De hoc medio dr̄. Medio tutiſſi=
mus ibis. Iſtud mediū voluit nos dn̄s tenere. qn̄ fecit euā nō de capi
te vel de pede\ſed de coſta. Et qn̄ fecit hominē ꝑtim corꝑalem \et par
tim ſpūalem\ut dignitate nature eſſet ſub natura angelica\et ſup cor=
poreā creaturā. Criſto aſſimilat\ qui ſtetit in medio diſcipuloꝝ. ſedit in
medio doctoꝝ. ſuſpēſus eſt in medio latronū. locatus eſt in pſepio ī me
dio duoꝝ aīaliū. viſus eſt a iohāne in Apoc. Ambulās in medio cāde=
labroꝝ aureoꝝ. Naturā ꝯſuat\qꝛ natura in medijs delectat. ꝑ extre=
ma corrūpit. Vn̄ philoſophꝰ. Excellētia ſenſatoꝝ corrūpit ſenſus. Fer
culis eternis cibat. Vn̄ tꝑantia ꝯpat ligno vite qd̄ erat in medio pa
diſi.

De fortitudine Capitulum .xxxv.

Fortitudinis ſm Macrobiū put eſt virtus politica. Eſt aīm ſu
pra ꝑiculi metū agere. nihilq3 niſi turpia timere. tolerare for
titer aduerſa vel ꝓſpera. Fortitudis purgati aī eſt paſſiões ig
norare non vincere. ut neſciat iraſci et nihil cupiat. Fortitudis purga=
torie eſt aīo nō terreri a corꝑe recedēte. Nature altitudinē abhorrere.
Fortitudo exēplaris eſt qꝛ ſꝑ idē eſt\nec aliqn̄ mutat. Partes fortitu
dinis ſm Tuliū ſunt q̄tuor. ſcz magnificētia. fidentia. patiētia. ꝑſeueran
tia. Magnificentia ſm eundē eſt magnaꝝ et excelſaꝝ reꝝ cū ampla q̄
dā animi ꝓpoſitōe cogitatio atq3 admiſtratio. Fidētia eſt virtus ꝑ quā
in magnis et honeſtis rebus multū in ſe animꝰ ex ſpe certa fiducie col
locatur. Pacia eſt honeſtatis et vtilitatis cauſa rerū arduaꝝ atq3 dif
ficiliū voluntaria et diuturna ꝑpeſſio. Perſeuerātia eſt virtus in rōne
bene cōſiderata ſtabilis et ꝑpetua ꝑmanſio. Multi ſunt effectus forti=
tudinis. Primus\qꝛ de hoſtibus triūphat. Mach. Iudas vir fortiſſi=
mus ⁊c. Homi bona ſua ſeruat. Lu. Cū fortis armatus ⁊c. Tercīꝰ quia

ditat. Prouer. Manus fortiū diuitias parāt ꝛc. Quartus regnū celorū
expugnat. Math. Regnū celoꝝ vim patit. Quintus eſt ꝙ ornat. puer.
Fortitudo et decor indu. Sextus in extremis aſſecurat. puer. Leo for
tiſſimus beſtiaꝝ ad nullius paue. Septimꝰ remuneratōem expectat. p=
uer. Mlierē fortē qs inueniet ꝓcul ⁊ de ꝛc. Fortitudo cōſiſtit in quinqꝫ
ſcꝫ in aggreſſiōe arduoꝝ. pſal. Virilr agite. et cōfor. cor. Itē i cōtēptu
terrenoꝝ. Heb. Moyſes negauit ſe filiū filie pharaōis magis eligēs
affligi cū ꝑplo dei. In ſuſtinētia tribulationū. Cañ. Fortis eſt ut mors
dilectio. In reſiſtētia tēptationū. Aplus. Nemo coronabit niſi q̄ ꝛc. In
impugnatōe vicioꝝ. Job. Militia ē vita hois ſup. ꝛc. Multa iuuāt for
titudinē. Primū eſt exhortatio. Vñ legit de iuda mach. ꝙ armauit ſo
cios nō clipeo/ nō haſte munitōe. ſed ſermōibus optimis. Scdo exem
pla robuſtoꝝ. Unde legit de Eleazaro/ fortiter elegit mori ꝓ pris le
gibus exemplū virtutis et fortitudis poſteris delinquēs. Terciū exerci
tatio in pugnis. Vñ legit in Joſue ꝙ dñs no deleuit ſtatim hoſtes fi=
lioꝝ iſrl. ſed reliq̄t aliquos vt ꝑ eos haberēt exerciciū ꝑliandi. Quar
tū eſt ſpes remuneratōis. Paral. Cōfortent manus vr̄e et nō diſſoluā
tur Erit em̄ merces opi veſtro. Quintū hoſtiū debilitas. Grego. Debi
lis eſt hoſtis qui nō p̄t vincere niſi volentē. Sextū orōis adiutorium.
Exo. Cum eleuabat manus moyſes vincebāt filij iſrl. Si aūt dimittebā
tur vincebat amalech. Septimū armoꝝ ſpūaliū apparatꝰ. Vñ ſampſon
vincebat philiſteos in mādibila aſini. i. ꝑpantia et ſimplicitate. Octauū
memoria dñice paſſionis qd ſignatū eſt in dauid. q̄ cōtra goliā venit ī
baculo et fūda. Nonū eſt cibus ſpūalis. pſal. Panis cor hois cōfirmet.
Regū. Ambulauit helyas in fortitudine cibi illiꝰ. Vñ et petrꝰ potatꝰ
ſpū ſci gr̄a ꝯfortatus eſt dicēs. Oportꝫ deo magis obedire q̄ hoibꝰ
ꝛc. Jdē vero aplus añ talē cōfortatōem dixit. Neſcio hominē ꝛc.

De iuſticia Caplm. xxxvi.

Iuſticie politice ſcḋm Macrobiū eſt obſeruare vnicuiqꝫ qd ſuūꝫ
eſt. Juſticie purgatorie ſcḋm eundē eſt ad vnā huius ꝓpoſiti vi
am vniuſcuiqꝫ virtutis officiū ꝯſuare. Juſticie purgati aī ē ita
cū ſupna mēte ſociari/ ut ſeruet cū ea fedus ꝑpetuū imitādo. Juſticie
exēplaris eſt ꝙ ꝑhēni lege a ſempiterna opis ſui ꝯtinuatōe nō flectit

Partes iuſticie ſcḋm Tuliū ſunt ſex. Religio pietas gr̄a vindicatio ob
ſeruātia veritas. Religio ſcḋm Tuliū eſt q̄ ſupioris cuiuſdā nature quā
diuinā vocāt curā cerimoniā qd affert. Pietas eſt ꝑ quā ꝯiūctis ſang
uine et beniuolētie officiū ⁊ diligēs tribuit cultus. Gr̄a eſt in qua ami
ciciaꝝ et officioꝝ alterius memoria et remunerādi volūtas cōtinetur.
Vindicatio eſt virtus ꝑ quā ius et iniuria et omne qd obfuturū ē de
fendēdo atqꝫ vlciſcēdo ꝓpulſat. Obſuātia eſt virtus ꝑ quā hoies ali
qua dignitate āñcedentes cultu quodā et honore dignant. Veritas ē

ꝑ quã immutata ea que ſunt aut fuerũt aut futurã ſunt dicunt. Nota ꝙ iuſticia nõ tã eſt virtus ſpẽalis ꝙ̃ generalis. Vñ habes ſupra de virtutibus cardinalibus in genere. Juſticia dr in libro ſapie eſſe multiplici rõe. Primo q2 ꝑpetuat aĩam ſtabiliẽdo eã in loco debito. ſcz ſub deo et ſuꝑ corꝑales creaturas. Scdo q2 manebit in patria ſm eſſentiã et ſm vſum. Alie vero cardinales virtutes et ſi maneãt ſm eſſentiã in patria non tñ ſm omnẽ vſum. Tꝑantia eñ nõ refrenabit motus illicitos. prudẽtia nõ cauebit ab inſidijs. fortitudo nõ aggredief terribilia Juſticia ꝑuertit tripliciter. ſcz amore videlicet ꝑſone vel pecunie. Jſa. Ve qui iuſtificatis impiũ ꝓ muneribus. Timore. Euang. Nolite timere eos q̃ occidũt corpus. Rãcore. Euã. Sciẽs ꝙ ꝑ inuidiã tradidiſſent eũ. Plura mouẽt ad rectitudinẽ iuſticie. Primũ eſt rectitudo humani corꝑis. q2 indecẽs valde eſt in recto corꝑe curuũ habere aĩm. Secũdũ eſt ut ait Aug. iuſticia eſt in corde hoĩs naturaliter. Terciũ eſt ꝙ bruta aĩalia docẽt multa q̃ ad iuſticiã ꝑtinẽt. ut innocentiã cõcordiã ⁊ huiuſmodi. Quartũ ſcriptura. Eccleſiaſticus. Vſqz ad mortẽ certa ꝓ iuſticia. Effectus iuſticie eſt ꝙ beatificat. Math. Bti qui eſuriũt et ſici. Et petrus. Si quid patimi ꝓpter iuſticiã bti. Exaltat. Eccleſiaſticus. Qui oꝑatur iuſticiã exalta. Appetitũ concupĩe refrenat. Jſa. Erit iuſticia cingulũ lũboꝝ eius. Locũ deo ꝑ̃pat. pſal. Juſticia et iudiciũ ꝑ̃patio ſedis tue. A morte eterna liberat. puer. Juſticia liberabit a morte. Coronet Thi. Repoſita eſt mihi corona iuſticie. Remũerat. pſal. Retribuet mihi dñs ſm iuſticiã meã. Juſticia ꝯſiſtit in fide Apl'us. Credidit abrahã deo et reputatũ eſt ei ad iuſticiã. Jn orõe Pſal. Clamauerunt iuſti et dñs ⁊c. Jn ſancta meditatõe Eccl9. Beatus vir qui in ſapĩa ſua morabit ⁊ q̃ in iuſticia med. Jn hũiliatõe Math. Sic decet nos adimplere oẽm iuſticiã Gloſa. Perfecta eſt iuſticia ſubdere ſe minori. Jn eruditione Prouer. Seminanti iuſticiã merces fidelis

De donis. Capitulum .xxxvij.

LIcet oẽs habitus dati diuinitus poſſent dici generalr dona dei ſpũaliter tñ et appropriate ſeptẽ ſunt dona ſpũs ſancti que per ordinẽ yſa. enumerat a ſũmo incipiẽs vſqz ad vltimũ deſcẽdendo. Septẽ ergo dona ſunt multiplici rõe Prĩo vt ꝑ hoc expellant ſeptẽ vicia ita ſcz ut timor expellat ſuꝑbiã. pietas inuidiã ſcĩa iram q̃ eſt q̃ſi quedã inſania. Fortitudo accidiã. cõſiliũ auariciã. intellectus gulã. ſapĩa luxuriã. Scdo dicũtur dona ſeptẽ eſſe ꝓpter expediendas vires naturales. nã iraſcibilis indiget expediri tã in ꝓſperis ꝙ̃ in aduerſis. Jn ꝓſperis quidẽ ꝑ timorẽ. in aduerſis aũt ꝑ fortitudinẽ. Cõcupiſcibilis indiget expediri q̃tũ ad effectũ reſpectu ꝓximi qd fit ꝑ pietatẽ. ⁊ q̃tũ ad affectũ reſpectu dei qd fit ꝑ guſtũ. Sapĩe. Rõ quidẽ indiget expediri in veritatis ſpeculatõe qd fit ꝑ donũ intellectus. et ĩ veritatis

electõe\quod fit p donũ ꝯſilij. Atqꝫ in electi executõe\qđ fit p donuꝫ
ſcie. Per hoc em̃ donũ recte cõuerſamur ĩ medio natõis praue atqꝫ p-
uerſe. Tercio dicunt eſſe ſeptẽ dona ꝓpter regimẽ actiue vite et cõtem
platiue. Vita ꝯtẽplatiua tria dona dꝫ hr̃e. ſcꝫ timorẽ ad reuerẽtiã maie
ſtatis. intellectũ ad intelligẽtiã veritatis. ſapiaꝫ ad guſtũ boitatis. Ac
tiua vero vita dꝫ hr̃e pietatẽ ad agẽdũ. fortitudinẽ ad ſuſtinẽdũ. ſciam
ad directõem pietatis. ꝯſiliũ ad directõeꝫ fortitudis. Pͥma quoqꝫ
dona ſunt ad intellectũ ſpectãtia. qꝛ lux cognitõis multũ expedit ad di
rigẽdos pedes nr̃os in viã pacis. Vel rectã ꝓpter eandẽ cauſã fit do
noꝝ ꝯbinatõ vt q̃ſi ſp adiũgit vnũ directiuũ cũ alio qđ ſpectat ad acti
onẽ vel paſſionẽ. Dicit Gre. ſup ezech. ꝙ ſumus p ſapiam maturi. p in
tellectũ ꝓuidi. p ꝯſiliũ cauti. p fortitudinẽ aĩoſi. p pietatẽ miſericordes.
p timorẽ hũiles.

De dono timoris. Capitulum .xxxviij.

Timor eſt vt ait Aug. fuga mali. Spẽs timoris ſunt ſex. Pri-
mus eſt naturaliſ quo q̃libet timet naturalr̃ nocumentũ nature
Iſte timor nõ eſt meritorius nec demeritorius. qꝛ nõ ſubiacꝫ li
bero arbitrio. Et dr̃ naturalr̃ nõ a natura inſtituta ſꝫ deſtituta\ qꝛ iſte ti
mor eſt pena p pctõ primoꝝ pentũ inflicta. hoc timore xp̃s naturaliter
mori timuit Scđs ẽ timor hũanus\quo ſcꝫ quis timet nimis pelli ſue.
Iſte timor naſcit ex nimio amore pñtis vite. et eſt qñqꝫ mortalis act⁹
eius. i. cũ potius peccaret quis mortalr̃ ꝙ̃ amitteret vitã ſuã. Et qñqꝫ
venialr̃ eſt\vt cũ q̃s potius faceret veniale pcm̃ ꝙ̃ pmitteret ſe occidi
Tercius ẽ timor mũdan⁹\quo ſcꝫ aliq̃s timet nimis reb⁹ ſuis. Hic na-
ſcit ex nimio amore rerũ tpaliũ. Et eſt qñqꝫ mortaliſ qñqꝫ venialis. pe
nitus eodẽ mõ quo dcm̃ ẽ de hũano. Quartus eſt timor ſeruilis\quo. ſ.
quis tmet peccare ꝓpter gehẽnã pricipaliter. Quintus ẽ timor initia
lis\quo ſcꝫ quis timet gehennã et dei offenſam. Vñ q̃ſi duos hꝫ ocu-
los. vnũ ad penã\aliũ ad deũ. et hic eſt principalior. Sextus eſt timor
filialis quo ſcꝫ timet quis offenſam dei tm̃modo vel ſeparatiõem a deo.
Nũerus p̃dictoꝝ timoꝝ ſic accipit. Aliquiſ timor eſt a ſpũ ſancto et cũ
ſpũ ſcõ\ſicut timor initialis et filialr̃. Aliquis eſt a ſpũ ſcõ\et nõ cũ ſpũ
ſancto. ſicut timor ſeruilis. Aliquis eſt cũ ſpũ\ſꝫ nõ a ſpũ ſancto\cũ non
ſit donũ ſpũs ſancti ſicut timor naturalis. Aliq̃s nec a ſpũ\nec eſt cum
ſpũ ſancto\ſicut timor hũanus et mũdanus. quos nec ſpũs ſancti gra-
tia ſecũ cõpatitur\nec p ſpm̃ ſanctũ datur. Eſt adhuc alius timor reue
rẽtie\qui ſolus inter timores erit ĩ pr̃ia\ſicut dr̃ in pſal. Timor dñi ſan
ctus pmanet in ſe. Reuerẽtia vo eſt reſilitio a cõſiderata magnitudine
dei in ꝓpriã paruitatẽ. Timor dñi multa bona opat. Primo pcm̃ ex
pellit. Eccl⁹. Timor dñi expellit pcm̃. Sapiam gignit. Eccl'i. Radix ſa-
pie timor dñi. Negligẽtiã abicit. Eccl⁹. Qui timet deũ nihil negligit.
Mentẽ ſtabilit. puer. Niſi in timore dñi tenueris te inſtanter cito ſub-

uertet͛ domus tua·Spūaliter ditat·Pſal·Nō eſt inopia timentibus eū Bona opa cumulat·Eccli·Qui timet deū faciet bona·Cor delectat·Ecclesiaſticus·Timor dñi delectabit cor·Uitam plōgat·Eccl·Timor dñi apponit dies·Deuotōem irrigat·Eccli·Timor fons vite·Eternalr remunerat·Eccl·Timenti deum bene erit in extremis·

De timore ſeruili   Capl̄m·xxxix·

Timor ſeruilis dñi eſt ſpūs ſci·nō tñ a ſpū ſancto eſt·Sicut aurora eſt a ſole·nec tñ eſt cū ſole·Timor ſeruilis tamē locū ſpūi ſctō ppat vt eū ſicut ſeta filū inducit\ut ipm pcedat ſed cū ipo nō pmaneat·Sicut ait Aug·Timor ſeruil͛ ē bonū quo nemo bñ vtitur qꝛ licet habitus timōris ſuilis bonus ſit in ſe·Scdm quē etiā donum ſpiritus eſt·tamē act⁹ eius eſt qñqꝫ pctm̄·Timor itaqꝫ ſeruilis duo facit·Primū eſt ꝙ retrahit a pctō metu pene tm̄·Ratōe primi bonus eſt ſed ratōe ſcdi diſtinguitur ¶ Vñ notandū eſt ꝙ vſus timoꝝ ſeruil͛ duplex eſt\ſcꝫ vel cū vtitur quis eſſentia habitus tm̄·vel cū vtitur ſeruilitate·Primo mō vſus eius bonus eſt\nā ille vſus eſt abhorrere penas eternas qđ bonū eſt cū ſit etiā in timore initiali·Scdo modo vſus ei⁹ malus·qꝛ ſic vſus eius eſſet vitare malū ex coactōe p penā cuiuſ tñ affectus haberetur in volūtate\et ſequeret͛ effectus ſi ſperaret͛ impunitas·ut ait Aug·Et ſic intelligit͛ dictū auguſtini qui ait·Quod timor ſuilis bonus eſt\nō tñ qui timet ſeruiliter bene agit\qꝛ agere bonū eſt ex bonitate facti·ſed agere bñ·i·meritorie eſt ex bonitate agētis q̄ agit ex virtute caritatis et grē·

De timore initiali   Capitulū·xl·

Timor initialis ideo ſic dictus eſt·qꝛ eſt primo incipientiū·qꝛ adhuc i anguſtia ſunt ſup pctō ſuo qđ cōmiſerūt·Sꝫ hec anguſtia foras mittit͛ qñ cōſcia ſuat͛ ad plenū·Perfecta quoqꝫ caritas dr foras mittere initialē timorē inqtū hꝫ naturā timoris ſuil͛ ſm hoc ꝙ hꝫ ſcꝫ oculū ad penā Timor eni initialis hꝫ duos oculos\vnū ad glām\qui eſt ei eſſential͛·alteꝝ ad penā qui eſt ei accidētalis·Sꝫ timore ſuili eſſentialis·Preterea timor initialis abſtinet a pctō veniali ꝓpter penā purgatorij·in quo caſu poteſt cōuenire cū pfecto qui etiā timet penam purgatorij\inquātū eſt dilatoria glorie ſiue ſeparatiua ad tempus·¶ Duplex eſt amor·ſcilicet filialis\ut quo diligimus deum ꝓpter ſe tantū\et mercēnarius\ut quo deū diligimus ꝓpter ſe principaliter\et ſecūdario habitu reſpectu ad mercedē·Huic duplici amori reſpondet duplex timor·ſcilicet filialis et initialis·Nam filialis timor reſpondet amori filiali·Initialis vero reſpondet amori mercennario·

De timore filiali   Capitulum·   ·xli·

Timor filialis ꝓprie timet offēdere deū q̄ etiā ſi ꝓpter pctm̄ nō ſeparet͛ a deo\tñ a pctō abſtineret ne ipm offēderet·Et in hoc

Et hec e quod Johannes dicit Vera charitas foras mittit timorem i Joh 4

differt timoꝛ filialis ab initiali qui proprie eſt timor ſeparatōnis. quia
ↄſciam pctī timet a deo ſepari Timoꝛ vero filialis tm̄modo timet offē
dere deū. Alia eſt dr̄ntia \ qꝛ timoꝛ initial' eſt imꝑfectoꝝ \ ſꝫ filialis per
fectoꝝ eſt. Tercia eſt dr̄ntia \ qꝛ cū in timoꝛe pene due ſunt \ ſcꝫ puuctio
et cautela Ipa pūctio ꝑtinet ad timorē initialē. Talis em̄ pūctio eſt ex
ↄſcia pctī de quo neſcit an ſit dimiſſum. Cautela vero ꝑtinꝫ ad timorē
filialē. Sicut em̄ ꝑfectus cauet pctm̄ \ qꝛ deū offēdit \ ita ꝑ ↄſequēs ca
uet penā \ ſed tn̄ ꝑ accidēs Timoꝛ filialis dr̄ etiā ſanctus et caſtus. pſal 18

De dono pietatis. Capitulū. xlij.

Donū pietatis cōſiſtit in trib9. ſcꝫ in cultu dei. et in veneratōe ſa
cre ſcripture \ et in honore ꝓximoꝝ. Cultus dei cōſiſtit in ꝓfeſ
ſiōe diue maieſtatis \ et hoc eſt theoſebia. Veneratio ſacre ſcri
pture cōſiſtit ī hoc \ vt ei firmiter credaꝛ. vt ſollicite cuſtodiaꝛ \ ut fide
liter diſpenſeꝛ. Honoꝛ ꝓximi cōſiſtit in irreuerētia ſupioꝝ. in cōformi
tate equaliū. in ſubuentōe inferioꝝ

De dono ſcientie. Capitulum. xliij.

Scie donū ſilem hꝫ actū cū prudentia q̄ eſt virtus politica. ſed
dr̄t ī rōe agēdi. Prudētia em̄ ꝓcedit ex principijs iuris na
turalis. ſcie vero donū ꝓcedit ex pricipio fidei. Propri9 act9
ſcie doni ē docere recte cōuerſari ī medio natōis praue et ꝑuerſe.
Tria vero requirūꝛ ad hoc vt aliq̄s bn̄ cōuerſeꝛ in medio natōis pra
ue et ꝑuerſe. Primū ē ꝙ hēat rōes q̄bus ſe defēdat ab impugnantib9
fidē ſuā Vn̄ ſcie donū nō tm̄ ſuppomt ea q̄ ſcripta ſunt in libris theolo
gie \ ſꝫ etiā q̄ ſcripta ſunt in tota philoſophia quib9 iuuaꝛ ad ꝓbādū
fidē. Scdm̄ eſt ꝙ a malo abſtineat. Terciū ꝙ bn̄ et prudēter ꝑalia ad
miſtret Preterea ſcie doni ē dirigere opa ad normā rōis ad cōfor
mitatē dei. Itē ꝑ donū ſcie ſciꝛ ne ſub ſpecie boni malū lateat. Itē con
ſiliū regit pietatē \ ꝓpter ꝙ etiā hec duo dona cōbinaꝛ. Itē ꝑ donū ſcie
ſcit hō quid ſit ⁊ a quo ſit \ et ad q̄d ſit. Scie donū eſt ſcia faciendoꝝ.
et iō rō ſcie ↄſiſtit ī cognitōe ſm̄ ꝙ nō ē vt9. Sꝫ rōe faciēdoꝝ ī impio
⁊ ſm̄ hoc eſt virtus.

De dono conſilij. Capitulum. xliiij.

Conſiliū ſumiꝛ tribus modis. Qn̄qꝫ em̄ dr̄ ↄſiliū deliberatio ō
reb9 valētib9 ad finē quē intēdim9 \ ⁊ tale cōſiliū ꝑtinꝫ ad pru
dentiā. Vel eſt idē cū prudētia. Qn̄qꝫ dr̄ conſiliū ꝑſuaſio rerū
excellentiū ad q̄s nō tenemur. Scdm̄ qd̄ dr̄ hoc eſſe cōſiliū. Si vis per
fectus eſſe vade et vēde oīa que habes ⁊c. Qn̄qꝫ diciꝛ conſiliū prudētia
valde exercitata in medio contemplatiuoꝝ et actiuorū donoꝝ et deli
beratio de operibuſ arduis ſiue teneamur ad ea ſiue nō. Et ſm̄ hoc ſu
mitur conſilium donū \ et ita conſilium et prudentia ſunt idē in eſſentia
et tn̄ cōſiliū abūdat ſupra prudentiā ī vno accidēte ſcꝫ ꝙ eius etiā eſt
imꝑare Nota ꝙ ſicut ad ſcientiā donū ꝑtinet reprobare malū ⁊ eli

gere bonū·ita ꝑtinet ad cōſiliū cauere ꝑicula que ſunt ī hoc exilio· Itē
ſicut donū ſcientie hꝫ regere pietatē\ ita donū cōſilij hꝫ regere fortitu
dinē· In hoc enī differūt ꝯſiliū et ſcīa· qꝛ cōſiliū eſt circa difficile et ar
duū\ ſꝫ ſcīa eſt circa bonū et malū·

¶ De ſapīa et intellectu· Capitulum ·xlv·

Sapīa et intellectus differūt· qꝛ ſapīa eſt cognitio dei abſolute
intellectus vero eſt cognitio collatiue ſcꝫ in ꝯꝑatōe ad creatu
ras· Itē alia eſt drñtia· qꝛ intellectu cognoſcit de⁹ ꝑ illumina-
tionē de auditis in ſcriptura· Sapīa vero cognoſcitur ip̄o expimento
Item ꝑ intellectū deū cognoſcim⁹· ꝑ ſapīam vero eius dulcedinē gu-
ſtamus· Vn̄ ſapīa dicit quaſi ſapore virtutū ꝯdita ſcīa· Itē ſicut dicit
Greg· ꝑ intellectū ſumus ꝓuidi· ꝑ ſapīam maturi·

¶ De beatitudinibus in genere· Capitulum· ·xlvj·

Beatitudines ſunt ſeptem ſcḋm diſtinctōem graduū\ ſcḋm quis octo
ſcḋm eſſentiā q̄s ſaluator enumerat in ſermone in mōte· ſcꝫ pau
ꝑtas ſpūs· mititas· luctus· eſuries iuſticie· miſericordia· cordis
mūdicia· pax· Harꝫ beatitudinū numerus accipit ſcḋm integritatē ꝑfecti
onis· Requirūtur aūt ad ꝑfectōis integritatē tria\ ſcꝫ receſſus a malo·
ꝓceſſus in bono· et ꝑfectus ſtatus in optimo· Sane maluꝫ ꝓcedit aut
ex tumore ſuꝑbie· aut ex ratōe malicie· aut ex lāguore cōcupiſcētie· Con
tra hec tria ſunt tres beatitudīes· ſcꝫ pauꝑtas ſpūs· cōtra malū tumo
ris· mititas ꝯtra malū rācoris· Luctus cōtra malū libidīs· Item ꝑfe-
ctus in bono attēdit ſcḋm diuinā imitatōem q̄ eſt ſcḋm duas vias dñi· ſ·
miſericordiā et veritatē· De quibus in pſal· Vniuerſe vie dn̄i miſericor-
dia et veritas· Igit ſcḋm has duas vias ſumunē due btītudines· ſcꝫ eſu
ries iuſticie et affectus miſericordie· Preterea ſtatus in optimo atten-
dit in duobus· ſcꝫ in limpida cognitōe et trāqlla affectiōe· Et ſcḋm hoc
ſumunt due vltie btītudines ſcꝫ mūdicia cordis ad videndum deū· et
pax mentis ad ꝑfecte fruēdū· Per ſeptē btītudines excludūtur ſeptē
vicia capitalia· Pauꝑtas ſpūs excludit ſuꝑbiā· māſuetudo irā· luct⁹ in
uidiā· qm̄ qui luget ꝓ ꝑctīs alioꝝ nō inuidet illis· Eſuries iuſticie acci
diā· miſericordia auariciā· mūdicia cordiſ gulā· qꝛ cordis mūdicia n̄ ſeruit
ventri ad modū bruti aīalis· Pax excludit luxuriā· qm̄ guſtato ſpū de
ſipit oīs caro· Sicut in enumeratōe donoꝝ eſt ordo artificialis· qꝛ pri
mo ponūtur digniora ita in beatitudībus eſt ordo naturalꝭ vbi dignio
res ponunt vltimo· ¶ De prima beatitudine· Capitulū ·xvij·

Pauꝑtas ſpūs ſumit hic ꝓ abſtinētia ab amore mūdi· i· ab amo
re carnaliū voluptatū et diuitiarū ac ꝓprie excellētie· Hec tria
ꝯplectit amor mūdi· Vn̄ dꝛ in lu· Paupes ſunt qui non q̄rūt
illecebroſa· Super Math· quoqꝫ dicit· Paupes ſpū ſunt hūiles deum
timētes· Alia gloſa dicit· Paupes ſunt q̄ nihil habēt et oīa poſſident

De ſecunda. Capitulum .xlviij.

MItis eſt ſicut dicit Oracius q̄ nec patitur nec deducitur. Eſt aūt mi
titas eadē cū māſuetudine. Habet eīm ex gloia ſup Math. ꝙ
māſuetus eſt q̄ nullā aī amaritudinē ſentit. Ex quo pȝ ꝙ man
ſuetudo eſt purgati aī. Et pt dici ꝙ māſuetudo ē ſpēs fortitudis. ⁊ idē
cū patiētia. Drīt tn̄ māſuetudo et pacia aliquo mō. Quoniā pacia eſt
in ſuſtinētia moleſtiaꝝ corpaliū. māſuetudo vero in ſuſtinētia cōtumeli
liarum De tercia Capitulum. xlix.

LUctus eſt lugere p pctō et odire ipm\ ita ꝙ inſurgamus ad
deſtructōem ipius. Lugere aūt de malo ut fugiamus ipm in
quantū auertit ab amoto\ ſic lugere eſt ſolius caritatis. Luge
re vero de aliquo malo ſpeciali eſt cuiuſlibet virtutis. Quelibet enim
virtus luget de ſuo cōtrario De quarto Ca. .l.

ESuries iuſticie eſt vehemens deſideriū iuſticie ſiue ſummi ſi
ue boni. Eſuries aūt iuſticie eſt beatitudo potius q̄ eſuries a
liarū virtutū cardinaliū. q2 p iuſticiā immediate coniungimur
deo qd̄ nō fit p alias cardiales virtutes. Juſticia eīm put hic ſumitur
cōphendit fidē ſpem et caritatē que immediate cōiungūt nos deo.

De quinto Capitulum .lj.

MIſericordia eſt p quam p terrenis celeſtia meremur. Opa mi
ſericordie ſunt. xiiij. videlicet. vij. corpalia\ et. vij. ſpūalia. Cor
poralia ſunt hec. viſitatio infirmoꝝ. potatio ſitiētiū. cibatio eſu
rientiū. redēptio captiuoꝝ. veſtitio nudoꝝ. collectio pegrinoꝝ. ſepultu
ra mortuoꝝ. Prima ſex\ de iſtis habemus ī euāgelio. ſeptimū de tho
bia. Opa miſicordie ſpūalia ſunt hec. Delinquēti ignoſcere. peccantez
corrigere. ignorātē docere. titubāti cōſulere. meſtū cōſolari. p ſalute p
ximi orare. iniurias ſuſtinere. Et hoc vltimū ꝓpterea dr̄ opus miſicor
die. q2 rn̄ſio mollis et hūilis pacia frāgit irā. et hoc piū eſt ſcȝ furorē
irati mitigare. De ſexta. Capitulum. lij.

MUndicia cordis ē q̄ clarificatur cor et mūdificatur ad vidēdū de
um et ardētiſſime diligēdū. Accipitur aūt mūdicia cordis hic n̄
p virtute ſed p ſtatu quodā qui eſt purgati animi.

De ſeptima Capitulū. liij.

PAx eſt ſtatus virtutis in quo eſt dilectio in deo ſine cōtrarie
tate vel cōtradictōe carniſ mūdi et dyaboli. Vel ſi eſt aliq̄. in
efficax eſt. Vn̄ patet ꝙ pax ē ſtatus purgatiſſimi aī. Pacificiſ
magis attribuitur eſſe filios dei q̄ alijs q2 licet miſericordia maxie aſſi
milet hoīem deo quantū ad opa exteriora. tn̄ q̄tū ad interiora magis
aſſimilat pax. De octaua beatitudine Capitulum. liiij.

OCtaua beatitudo de qua dicitur. Beati qui pſecutōez patiuntur
ꝓpter iuſticiā\ qm̄ ipoꝝ ē regnū celoꝝ. Hec virt9 ſcȝ ſuſtinētia

perſecutionum ꝓpter iuſticiam annexa eſt paci· Cum enim pacificus ſit
abſq; cōtradictōe carnis\mūdi et dyaboli· Patet ꝙ idē paratus erit
ſupare etiā temptatōem mortis·Vn̄ ſuſtinētia mortis p xp̄o in eodem
gradu eſt cū pace·ꝓpter hoc dicimus ꝙ octo ſunt beatitudines quan-
tū ad eſſentiā·Sed tm̄ ſeptē quantū ad diſtinctōem graduū· qm̄ ſupra
pacem non eſt virtus alia·Dicit em̄ Aug· Pax eſt finis et ꝯſummatio
omniū virtutū·Octaua beatitudo dicit̄ redire ad caput duobus modiſ
Primo q2 idē p̄miū ſibi ꝓmittit̄ qd̄ prime beatitudini ſcz regnū celoꝝ
Scd̄o q2 oēs ꝓbat ab vltima vſq; ad primā vtrum vere ſint· Greg9·
Qualis vnuſquiſq; apud ſe latrat illata ꝯtumelia ꝓbat·Ex p̄dictiſ col
ligit̄ ꝙ habitus virtutū cardinaliū principaliter diſponūt ad exercici
um actiue·Habitus vero donoꝝ diſponūt ad actuſ cōtemplatiue maxi
me·Habitus aūt beatitudinū diſponūt ad ꝑfectōem vtriuſq;·

De ſenſibus ſp̄ualib9· Capl̄m· ·lv·

Per ſenſus ſp̄uales ꝑcipit aīa ſp̄ualia\quia videt ſponſi ſui pul
critudinē ſub ratōe ſplendoris· Audit ſummā armoniā ſub ra
tōe verbi·Guſtat ſummā dulcedinē ſub rōe ſapīe comp̄hendē
tis vtrūq; ſcilicet verbū et ſplēdorē· Odorat̄ ſumma fragrantiam ſub
rōe verbi inſpirati ī corde·Tāgit ſummā ſuauitatē ſub rōe verbi incar
nati\et inter nos habitātis corpaliter\et reddētis ſe nobis palpabilē
et oſculabilē p ardentiſſimā caritatē· Ex p̄dictis patet ꝙ ſenſus ſp̄ua-
les dicūt ꝑceptōes mentales circa veritatē cōtemplandā· Que quidez
cōtemplatio incipit a ſenſu et ꝑuenit ad ymaginatōem·De ymaginati
one ad rōem·De rōe ad intellectū·De intellectu ad intelligentiā· De
intelligentia ad ſapientiā ſeu noticiā exceſſiuā·que incipit hic in via·et
ꝯſumatur in gloria·

De fructibus ſp̄us Capitulum· ·lvj·

Fructus duodecim non dicūtur nouus habitus· ſed ſtatus con
ſolationū\quibus cōſolatur ſp̄us iuſtoꝝ· Et iſte delectatōnes
ſecuntur opa ꝑfecta·Sūt autem iſti fructus· caritas·gaudiuz
pax·patiētia·longanimitas bonitas·benignitas·māſuetudo·fides· mo
deſtia·continentia·caſtitas

De dulia et latria· Capitulum ·lvij·

Latria eſt reuerentia et ſeruitus deo exhibita· Vn̄ ſi creature
exhibetur honor deo debitus eſt ydolatria·Latria ꝯp̄hēdit
quinq;·ſcz fidē ſapiāz\reuerētiā\ſacrificiū orōem· Prima duo
ſunt cordis·Sequētia duo ſunt opis·vltimū eſt oriſ·Dulia debet̄ crea
ture inquātū eſt ymago dei·Vn̄ dulia ē amor q̄ debet̄ ſcis· Vn̄ de be
ata virgine ſciendum\ ꝙ inquantū ip̄a eſt ꝑſona ſancta debetur ei du
lia·ſed inquantum eſt mater dei debetur ei yꝑdulia·i· ſuperior dulia·
Sane ſi ꝑſona cui debetur dulia eſt in p̄latōe cōſtituta\debet̄ ei reue-

rentia tm̄ que cōſiſtit in obediētia p̄ceptoꝝ et in exhibitōe honoꝝ. Si
aūt eſt pſona ſimplex debetur ei reuerētia tantū que cōſiſtit in exhibi
tione honoꝝ. Iperdulia debetur creature excellēti\ſicut eſt caro xp̄i. be-
ata virgo. crux xp̄i. ¶ Vn̄ ſciendū q̄ ligno vere crucis xp̄i in qua pe-
pendit debet yperdulia. etiā ſi non ſit figuratū. ut ſignuz crucifixi. q̄z
inſtrumentū fuit noſtre redēptōis. Crucibus aūt factis inquantū ſunt
ligna vel res tales nihil debetur. ſed crucibus factiſ in ſignum xp̄i cru
cifixi debetur latria. Imaginibus eīn eadē debetur adoratio q̄ debet
et illis quorū ſunt ymagines. Vn̄ non ymagines inquantū ſunt res fa
cte. ſed illa quoꝝ ymagines ſunt adoramus.

¶ De p̄ceptis in genere Capitulum .lviij.

PReceptū eſt imperiū faciēdi vel nō faciēdi. Preceptoꝝ alia ſūt
affirmatiua\ut. Honora patrē. alia negatiua. vt Nō mechabe
ris. Precepta affirmatiua ſtricte ſumēdo dicūtur p̄cepta. ſꝫ ne
gatiua ꝓhibitōes. Precepta affirmatiua obligant ſemꝑ. ſed nō ad ſꝑ.
Negatiua vero obligāt ſemꝑ et ad ſemꝑ. Precepta decalogi pn̄t intel
ligi vel data vel innata. Primo mō tantū ꝑtinēt ad ꝑp̄l'm iſrabeliticum
Scdō modo omnes obligant. q̄z quicquid cōtinet decalogus explicite
hoc cōtinet lex nature que ſcripta eſt ī corde cuiuſlibet implicite. Iſtō
eīn p̄ceptū eſt legis nature. Qd̄ tibi non vis fieri alij ne feceris inclu-
dit hec p̄cepta. Nō occides. nō furtū facies\et hmōi. que decalog⁹ po
nit explicite. Quedā p̄cepta tradunt imperatiue\ſcꝫ illa que ſunt affir
matiua. Quedā autem indicatiue ſcꝫ negatiua. et hoc ideo q̄z difficili⁹
eſt facere bonū q̄ꝫ declinare a malo. Plures eīn in faciēdo bonū requi
rūtur circūſtantie. In quibuſdā p̄ceptis ꝓhibetur actus et affect⁹. vt
patet in his. Nō mechaberis. Nō cōcupiſces vxorem ꝓximi tui. q̄z ap-
petitus nimis ordinatus eſt ad illa. In quibuſdā ſolūmodo ꝓhibetur
actus. vt cum dr̄. Non occides. hoc dico ſꝫm formā tradendi. non ſꝫm
veritatē intelligendi. Nam ſꝫm veritatem intelligendi oīa p̄cepta ne-
gatiua cohercēt manū et aīm. Multis modis ligamur. ſcꝫ lege nature.
vt eſt diligere deū ſuper oīa. et nulli facere qḋ nobis fieri nolumus p̄
ceptis diuinis. Sic ligabatur adā p̄ceptis ſibi datis. et iudei ſuis vo-
to. q̄z ſꝫm Aug. Vouere eſt volūtatis\ſed reddere neceſſitatis. Vn̄ q̄-
buſdā etiā cōſilia ſunt p̄cepta. ſicut religioſis qui vouerūt talia decre-
tis patrum\ut eſt ieiunare aliq̄s vigilias ſctōꝝ et hmōi. Conſuetudie
ſꝫm q̄ in frantia primogenitus ſuccedit in regno. Mādatis p̄latorum
Vn̄ ſuꝑ cathedrā moyſi ſederūt ſcribe ꝛc. Cōſcia q̄z ſꝫm Aug. Quicq̄d
fit cōtra ꝯſciaꝫ edificat ad gehēnā. Nnerus p̄ceptoꝝ ſumit ſic. Quia
q̄dā ordināt nos ad deū\q̄dā ad ꝓxim. qḋ deus inſinuare voluit qn̄ in
duab⁹ tabulis illa dedit. In prima tabula ſunt tria p̄cepta que perti-
nēt ad deū. Quoꝝ primū pertinet ad prēꝫ. quia eſt de diuina vnitate.

Scdm̄ ad filiū\q2 eſt de īcōmutabili veritate. Terciū eſt ad ſpiritum
ſanctū\q2 eſt de ſpūali vacatōe. ¶ In ſcda tabula fuerūt.vij.precepta
ad primū ꝑtinētia. Quoꝝ primū eſt de exhibēdis bonis\ ut eſt illud.
Honora p̄rē z. Reliqua.vi.ſunt de cauēdis malis que inferri pn̄t corde
ore\vel ope. Ope ledimus primum tripl'r. ꝓpter qd̄ danē tria p̄cepta.
Primū eſt. Nō occides. Scdm̄. Nō mechaberis. Terciū. Nō furtū fa
cies. Ore quoqz ledimus primū.et cōtra hoc eſt illud. Non loquaris
cōtra primū tuū falſum teſtimoniū zc. Corde ledimus primū dupl'r.
Qn̄qz ſcz reſpectu rei rationalis. De hoc dr̄. Nō cōcupiſces vxorē pri
mi tui zc. Qn̄qz reſpectu rei irratōnalis. Vn̄ dr̄. Nō concupiſces rē pri
mi tui zc. ¶ De primo p̄cepto Capitulum .lix.

PReceptū primū tres habet clauſulas. Prima eſt. Nō habebis
deos alienos corā me. Vbi ꝓhibemur adorare creaturā ſpūa
lem.i.angelos. Scda ē. Nō facias tibi ſculptile. et hoc ē yma
gīnes fictas que nullius rei naturalis ſunt repn̄tatiue. Tercia eſt. Ne
qz omnē ſimilitudinē ſcz ymaginē rei naturalis.et ſequit̄. Que eſt i ce
lo deſup\ut ſolis et lune.et que in terra deorſum.ut hoīs bouiſ et ſilr̄ū
Neqz eoꝝ que ſunt in aquis ſub terra.i.piſciū.nō adorabis ea ſcz actu
exteriori\neqz coles ſcz affectu interiori. ¶ Ex his pz ꝙ nō rep̄hendūt
xp̄iani qui faciūt ymagines\nō quidē ad adorandū et colendū\ſed ad
memorandum. Honor autem qui exhibetur ſanctis non eſt latrie ſed
dulie. Scdm̄ rōem allegoricā. Prima clauſula huius p̄cepti oſtēdit iu
deos et ſarracenos eſſe ydolatras qui deos habent alienoſ. Iudei qui
dem meſſiam.i.antixp̄m. Saraceni machometū. Contra ſcdm̄ ſcz.nō fa
cies tibi ſculptile faciūt heretici qui nō credunt de deo\ niſi ꝙ ymagi
natōem et fantaſiā confingūt. Cōtra tercium faciunt mali xp̄iani.quia
ſupbus colit ſimilitudinē eoꝝ que ſunt in celo deſup. Nam ſup omnia
diligit p̄laturā. Auarus colit ſilr̄itudinē eoꝝ que ſunt in terra. Volup
tuoſi coluut ſilr̄itudinē eorū que ſunt in aquis\hoc eſt delicias.

¶ De ſecundo Capitulum.lx.

SEcundū eſt. Nō aſſumes nomen dei tui in vanū. Hic ꝓhibetur
iuramentū et piuriū quod fit ſine cauſa. Vtriqz em̄ ſcz ꝑ nihi
lo iurās et falſo iurās aſſumit nomē dei in vanū. Quia primus
ſine cauſa nominat ſummā veritatē. Scdus aūt nominatā ↄtemnit. Tri
bus modis peccat quis in piurio vel piurando cōtra cōſcientiam\vel
iurādo illicitū\vel veniendo cōtra iuramentū. ¶ Preterea ſciendū ꝙ
iuramentū qd̄ quis facit cōtra ↄſcientiā ſonat in blaſphemiā\vt qn̄ iu
rat q̄s ꝑ inteſtina dei vl' ſilr̄a q̄ ſonāt ī irreuerētiā ſicut qn̄ q̄s iurat ꝑ
vulnera xp̄i facit pc̄tm̄ mortale\vel ḡuat veiale.etiā ſi verꝫ ē qd̄ iurat.
Iſtd̄ p̄ceptū n̄ ſolū ītelligit̄ ſm̄ p̄dcāz rōez l'ralez ſz etiā ſm̄ intētōz mo
ralē Aſſumit̄ em̄ nomē dei multipl'r in vanū.ſcz corde.ore et ope. Cor

de ſicut mali qui noīe tm̄ ſine re dicūtur xp̄iani. qui licʒ ſacramētū bap
tiſmi ꝑceperūt. tñ ſm̄ rē ſacramenti. i. grām nō hñt. Qre ſcʒ mala iura-
tōe. voti trāſgreſſiōe. ꝑdicatōe q̄ fit vana intentōe ꝛ indeuota oratōe.
De qua dr̄. Pp̄l'us hic labijs me honorat. cor aūt eoꝝ lōge eſt a me.
Ope\ ſm ꝙ ypocrite nomē dn̄i aſſumūt in ſilatōe opis exterioris non
in pietate cordis. Vñ ſumūt iſtud in vanū. q2 receperūt mercedē ſuam

De tercio Capitulum .lxi.

Terciū eſt. Memento ut diē ſabbati ſanctifices. nō facias omne
opus. In hoc p̄cepto qd̄dā eſt morale. ut vacatio q̄ eſt ad deū
orando. colendo\ meditādo\ qd̄dā eſt ibi cerimoniale. ut aſſig-
natio diei ſeptime. que figurabat tropologice ceſſatōem a pc̄tō. Alle-
gorice quietem xp̄i in ſepulchro. Anagoice requiē eternā in celo. Iſtō
ergo p̄ceptū tripliciter p̄t intelligi. Primo generaliter ut ceſſemus a
vicijs. Scd̄o ſpēaliter. ut ceſſemus ab opib⁹ corꝑalibus que impediūt
vacationē ad deū. Tercio ſpecialiſſime. ut eſt in viris cōtemplatiuis q̄
ab omnibus mūdanis ſe ſepant\ vt totaliter deo vacēt. Prima vacatio
eſt neceſſaria. Scd̄a debita. Tercia pfecta. Sciendū ergo ꝙ ſabbatū
dr̄ req̄es ſiue vacatio ad deū. ſic dies dn̄ica pōt dici dies ſabbati et q̄
libet dies ſtatuta ad diuinā veneratōeʒ quib⁹ ceſſandū eſt ab ope ſer
uili. i. a pc̄tō. et ab ope impediēte vacatōem ad deū. Opa enim ſeruilia
determinant ab eccl'ia. Opa mechanica agricultura mercatū placituʒ.

De quarto Capitulum .lxii.

Quartū ē. Honora patrē tuū et matrē tuā. Huic p̄cepto addit
pmiſſio ſcʒ\ vt ſis longeuus ſup terrā. quia congruū eſt vt ꝯ
ſeruatio vite aliene mereat cōſeruatōem vite ꝓprie. Pater dr̄
in hoc mandato hō q̄ eſt principiū ꝑ generatōeʒ quo ad eſſe nature vt
pater carnalis. Vel qui eſt principiū ꝑ miniſteriū regeneratōnis quo
ad eſſe grē ut p̄latus ſpūalis. Sumit alio modo pater nō ſm rōem ꝓ
priam. ſed cōmunē\ ꝓ ſene qui dr̄ pater etate. Vel pro rege\ qui dicit
pater defenſione. Honor intelligit hic dupliciter. ſcʒ exhibitio cor-
poralis in ſuſtentatōe\ et ſpūalis in obediētia ꝛ reuerētia. Sed obedi
entia diuerſificatur ſm diuerſitateʒ patrū. Quia patri ſpūali debem⁹
obedire in ſpūalibus\ p̄lato ſeculari ſcilicet regi in tꝑalibus reipublice
Patri carnali in diſpoſitōe rei familiaris.

De quinto Capitulum. .lxiii.

Quintū eſt. Non occides. Hic explicite ꝓhibetur homicidium.
ſed implicite omnis motus ire cōtra ꝓximū ſiue ille ſit cordis
tantum\ ut ira. ſiue oris\ ut contumelia. ſiue operis vt percuſ
ſio citra mortem. Vel depilatio prohibetur hic hominiſ occiſio iniu
ſta. Sed iniuſta fit tripliciter. ſcilicet ex cauſa\ ut in illo qui occiditur
ſine culpa. Vel ex ordine\ vt cum illo qui ñ eſt miniſter legis occidit.

Vel ex animo vt qñ miniſter quidam legis occidit. Sed libidine vin=
dicte non ex amore iuſtitie. Diſtinguit homicidij genus dupliciter. ſcȝ
vez quod dr corpale. ⁊ interp̃tatiuum quod dr ſpirituale. Homicidiuȝ
ſpũale duobus modis fit. Vno mõ obmittendo vt cũ quis videt aliũ
in extrema neceſſitate ⁊ non ſubuenit ei. interp̃tatiẽ dr eum occidiſſe.
Alio mõ fit ɔmittendo. ⁊ hoc qñqȝ corde ſcȝ odiendo. Johã. Qui o=
dit frẽm ſuum homicida eſt. Qñqȝ ore ſcȝ detrahendo quia ille cui de
trahit occidit in ɔſcia illius qui audit detractõem in qua prius viue=
bat p bonã famã. Qñqȝ opere ſcȝ malo exemplo alij occaſionem ruine
p̃ſtando. ⁊ tunc interpretatiue dicitur illum occidere.

De ſexto. Capitulum .lxiiij.

Sextum eſt. Non mechaberis. In hoc p̃cepto ſicut dicit Au=
guſt. p̃hibetur omnis illicitus concubitus. ⁊ illoꝝ membroꝝ
omnis illegittimus vſus. De hac materia quere ſupra libro tercio in
capitulo de luxuria. ⁊ in caplo ſequenti.

De ſeptimo Ca. .lxv.

Septimum eſt. Non furtum facies. Hic ſm Augu. p̃hibetur
omnis ɔtrectatio rei aliene ex cupiditate. Contrectatio rei
aliene poteſt fieri licite tribus modis. Primo mõ qñ fit nõ ex
cupiditate ſȝ obedientia. ſicut fecerũt filij iſrahel auferendo vaſa egi
ptiorum. Secundo qñ fit ex cautela. vt ſi aliquis furet gladium furio
ſi ne ſibi vel alij noceatur. Tercio qñ fit ex neceſſitate. vt cum quis eſu
riens furiatur panem. quia in neceſſitate ſunt omnia ɔmunia.

De octauo Capitulum. .lxvi.

Octauum p̃ceptum eſt. Non loqueris ɔtra p̃ximum tuum fal=
ſum teſtimonium. Hic p̃hibetur omne genus mendacij. ſicut
dicit Aug⁹. Quod determinat p tres differentias. Eſt enĩ mendaciũ
pnitioſum quod nocet. officioſum quod prodeſt. iocoſum qd delectat.
Includit in hoc p̃cepto etiam taciturnitas veritatis tempore neceſſita
tis. tñ cauſa ⁊ oportunitas facit ipſam taciturnitatẽ veritatis eſſe licitã

De nono. ⁊ decimo preceptis. Caplm .lxvij.

Nonum p̃ceptum et decimum eſt hoc. Non ɔcupiſces domum
p̃ximi tui. Nec deſiderabis vxorem eius. non ſeruum. nec an=
cillam. non bouem. non aſinum. nec omnia que illius ſunt. Duo pro=
hibent hic. ſcilicet ɔcupiſcentia carnis in vxore p̃ximi. ⁊ ɔcupiſcentia
oculoꝝ in re aliena. Nam ad hec duo maxime inclinat natura corrupta
Ad vnum p̃pter ɔſeruacõem ſui in eſſe ſpeciei. Ad aliud p̃pter ɔſerua
tionem ſui in eſſe indiuidui. Hic non p̃hibetur appetitus qui eſt ex cor
ruptione fomitis. vel delectatione ſenſualitatis. qr impoſſibile eſt q
ille ɔcupiſcentie non ſint in nobis. Sed p̃hibetur appetitus qui eſt ex
ɔſenſu rõnis. Quãuis iſtud p̃ceptum ad duo determinet tm̃. tñ intell'r
ibi p̃hiberi vniuerſaliter oĩs ɔcupiſcentia male voluntatis.

Pane fame morientem ſi nõ paviſti occidiſti

Nota

De conſilijs in genere. Capitulum lxviij.

C Onſilium\ put diuiditur cōtra preceptum\ eſt pſuaſio boni me
lioris ad quod non tenemur. Conſilia in multis differunt a p̄
ceptis. Primo q2 ad p̄ceptum tenemur. ad ↄſilia vero non. q2 p̄cepta
ſeruare eſt neceſſitatis. ↄſilia vero voluntatis Item lex vetus dat p̄ce
pta. euangelium vero pſuadet ↄſilia. Item ↄſilium ptinet ad pfectos
p̄ceptum aūt ad pficiendos. ſed pmiſſio ad impfectos. phibitio vero
ad puerſos. Precepta ſeparāt nos ab illicitis. ſed ↄſilia a ↄceſſis. Itē
p p̄cepta declinam9 pctm̄. ſʒ p ↄſiliū declinam9 occaſiōes peccādi. Itē
p p̄cepta maxime negatiua penam fugimus. ſed per ↄſilia premia cu=
mulam9 Item ↄſilium ſeruatū affert premiū. nō ſeruatū non adducit
ſupplicium Item ad p̄cepta ↄſtringimur ex debito. ſed ad ↄſilia non.
niſi ex voto. Item ↄſilium p votū fit p̄ceptum\ ſicut ait Aug9. Voue
re\ inquit\ eſt voluntatis. reddere vero neceſſitatis. Item melius ē de
uotum in minoribus q̄ indeuotū in maioribus pmiſſionibus inuenire
Vnde melius eſt nuda precepta ſeruare q̄ ſe ad ↄſilia obligare\ ⁊ in
his negligentem eſſe. Nota q̄ in lege moſayca fuerūt iudicia\ ⁊ ce
rimonialia\ ⁊ moralia. Lex aūt euangelica iudicia temptabat partē au
ferendo. figuras euacuat rex veritates exhibendo. precepta ↄſumat
adijciendo Addit aūt tria ſcilicet inſtructōem documentoꝝ. pmiſſionē
premioꝝ. ⁊ pfectionem cōſilioꝝ. Et ideo dicitur lex moſayca differre
ab euāgelica. q2 illa figuraꝝ\ hec veritatis. illa pene\ hec gratie. illa
literalis hec ſpiritualis. illa occidens\ iſta viuificās. illa timoris\ hec
amoris. illa ſeruitutis\ iſta libertatis. illa oneris\ iſta honoris.

De conſilijs euangelicis in ſpecie Capitulum lxix.

C Onſilia que Xp̄s adiecit p̄ceptis iſta ſunt. Primū eſt paupta=
tis que ↄſiſtit in abdicatione pprietatis. Vnde Lu. Qui nō re
nunciauerit omnibus que poſſidet non poteſt meus eſſe diſci=
pulus. Math. Omnis qui reliquerit domū vel fratres aut agros ⁊c̄.
pter nomen meū centi. acci. ⁊ vi. eter. poſ. De hoc Ihero. dicit. Mona=
chus habens denariū non valet obulum. Secundū eſt obedientie Vn̄
illud. Super kathedram ſedebunt ſcribe ⁊ phariſei. q̄d dicunt facite.
opera aūt eoꝝ nolite facere. Math. Si quis vult poſt me veire abne=
ſe ⁊c̄. Sciendum aūt q̄ duplex eſt obedientia ſcʒ pfecta que ſe exten
dit ad omnia que non ſunt ↄtra deum. vel ↄtra regulam quā quis eſt
profeſſus. ⁊ que diſpoſitioni prelati non ſubduntur. De hac obediētia
Bern̄. Perfecta obedientia legem neſcit criminis. non artat. non cōti=
netur pfeſſionis anguſtia Ad hanc nullus tenetur debito neceſſitatis
ſed ſolum perfectionis Sicut tenemur ſemper emulari cariſmata meli
ora. Alia eſt obedientia imperfecta\ ſufficiens tn̄ ad ſalutem. qua quiſ
obedit tm̄ in his que ſeruare promiſit. vel in his que in illis implicite

contīnentur/ vt ſicut ſunt illa ſine quibus religionis profeſſio nō ſerua
tur/ vt recipere officia ⁊ huiuſmōi. ⁊ talis obedientia neceſſitatis eſt
Cum ergo dicit beatus Benedictus in regula. ꝙ ſi ꝑlatus ꝑcipiat ali
quid impoſſibile/ ad temptandum eſt facere. loquitur de obedientia ꝑ
fecta. quā dum ſeruat ſubditus in his ad que nō obliget̄ ad ꝑlati ꝑce
ptum. ꝯſilij eſt ⁊ magne ꝑfectionis ⁊ non neceſſitatis. Sȝ ſi ſeruet ad
ſimplicem admonicōem tale quid maioris ꝑfectionis eſt ¶ Tercū ꝯſi
lium eſt caſtitatis. De qua dicit euā. Sunt eunuchi qui ſeipſos caſtra
uerunt ꝓpter regnum celoꝝ. Ad idem pertinet illud Math. Audiſtis
q2 dictum eſt antiquis. non mechaberis. ego aūt dico vobis. qui vide
rit mulierem ad ꝯcupiſcendū eā ⁊c. Hic oñdit̄ ꝙ non ſolum damnabi
lis eſt ꝯſenſus ad opus mechie ſed etiā ꝯſenſus ad delectandū ¶ No
ta ꝙ ꝯcupiſcere ex ſubito motu veniale eſt. ſȝ ꝯcupiſcere ex deliberati=
one perficiendi mortale eſt. Predicta tria ꝯſilia ſunt ſpūalia ⁊ ſubſtā=
tialia oīs ꝑfecte religionis. q2 ſuos obſeruatores elongant a malo. nō
ſolum q̄ntum ad culpam ſed etiā q̄ntum ad cauſam. Omne nanqȝ malū
oritur ex triplici radice. ſcȝ ex ꝯcupiſcentia carnis. ⁊ ꝯcupīa oculoꝝ. ⁊
ſuperbia vite. Predicta vero tria ꝯſilia perfecte nos elongāt ab hac
radice triplici ¶ Quartū ꝯſilium eſt charitatis. Math. Diligite inimi
cos veſtros. Illud q̄ntum ad dilectōem affectus eſt ꝑceptum. ſed q̄ntū
ad dilectōem effect9 eſt conſilium. q2 inimico velle grām ⁊ glām neceſ
ſitatis eſt. ſed oñdere illi ſigna beniuolentie hoc ꝑfectōis ⁊ conſilij ē.
Vñ ad hoc nō omnes tenentur. Sane negare homī ſigna familiarita
tis qñ veniā petit/ vel qñ neceſſitas expoſcit/ vindicta eſt. Vel qñ/ ſi il
le qui hoſtis habet̄ ad familiaritatem ingerit. ſi habeat̄ ꝑſumptio ꝙ
non ſimulate vel irriſorie faciat. q2 tunc diligit. ⁊ inter amicos depu=
tandus eſt. Sed qd̄ aliquis vltro ſe ad familiaritatē inimico ingerit/
hoc ꝑfectionis eſt. Vñ ꝙ aliquis iniuriam paſſus recōciliacōem q̄rat
⁊ amicitiam/ non eſt debitum neceſſitatis ſine quo nō eſt ſalus. ſed eſt
perfectionis ⁊ conſilij/ quo magnum expectat̄ ꝑmium ¶ Quintū ē mā
ſuetudinis. Math. Si quis te percuſſerit in vnam maxillam prebe et
ei aliam. Hoc ſic intelligitur. Paratus ſis aliam patienter ſuſtinere.
Et illud conſilium eſt patientie reſpectu leſionis corporum Sȝ ad idē
pertinet illud quod eſt patientie reſpectu ablationis rerum. Sicut eſt
illud. Qui tecum vult iudicio ꝯtendere ⁊ tunicam tollere. relinque ei
⁊ pallium. ¶ Nota ꝙ ꝯtingit ſua repetere coram iudice fideli dupl'r.
Aut cum ꝯtentione ⁊ fraude. Aut cum charitate. Primum nulli licet.
ſecundum vero licet infirmis ⁊ imperfectis. perfectis aūt non. Vnde
non repetere conſilium eſt infirmis. perfectis vero preceptum. Illis
aūt qui abrenunciauerunt ꝓprietati non licet repetere ſua vt ſua. ſȝ vt
congregationis. Nec ꝓpter ſe/ ſed ꝓpter ꝯmune bonum ¶ Sextum ꝯ
ſilium eſt miſericordie ⁊ erogationis. Vt illud. omni petenti te tribue

Et illud. ſi vis perfectus eſſe\ vade ⁊ vende oīa que habes ⁊ da paꝑi
bus ¶ Nota ꝙ dare ſuperfluum in extrema neceſſitate eſt neceſſitatis
ſed dare quibus egemus eſt conſilij. Aug⁹. Melius eſt minus egere
ꝙ̄ plus habere. ꝙ aūt dicit dn̄s. Omnia que vultis vt faciant vobis ho
mines vos facite illis. Sic intelligendum eſt. Quecūqꝫ vultis rationa
biliter ⁊ dictante caritate vt faciant vobis ⁊c. Unde ſi peteremus rem
aliquam ⁊ non indigeremus\ non vellemus rationabiliter dari nobis
¶ Septimum conſilium eſt de ſimplicitate verboꝝ. vt ibi Sit ſermo
veſter eſt eſt\ non non Cui ſenſus eſt. Si affirmatio vel negatio eſt in
ore ſit ⁊ in corde. Ad hoc ꝯſilium reducit̄ ⁊ illud. Audiſtis q꞉ dictum
eſt. non ꝑiurabis. Ego aūt dico vobis non iurare omnio. ¶ Nota ꝙ iu
rare quantū ad infirmitatem ꝑtinet\ ꝑmiſſionis eſt. non iurare aūt ꝙ̄
tum ad perfectionē pertinet\ cōſilij eſt. Prohibet aūt dominus iurare
per creaturas ſcꝫ per celum\ per terram\ vel per capillum ꝓpter ydo
latriam ne ſcꝫ credamus aliquid numinis eſſe in illis. Fiunt tn̄ inter
dum iuramenta per euangelium vt cruces. i. per eum cui hec ſunt dedi
cata. ¶ Octauum eſt de vitanda occaſione peccati. Unde dicitur. Si
oculus tuus ſcandaliſat te er. eū ⁊ p. ſm̄ Augu. Nullum membrum ad
literam erui precipitur\ ſed occaſio peccandi. Poteſt em̄ occaſio eſſe ex
aſpectu. ⁊ tunc oculus ſcandaliſat Cum aūt fit bona intentione tūc ocu
lus dexter eſt. Uel poteſt eſſe occaſio ex ꝯtractu ⁊ cum bona intencōe
tunc manus dextra ſcandaliſat. Item poteſt eſſe occaſio peccandi ex a
lio\ ⁊ hoc a conſiliario qui dicitur oculus. vel ab adiutore qui dicitur
manus. Et dexter qui eſt conſiliarius ſcꝫ adiutor in ſpiritualibus. Hu
iuſmōi ergo ſi ſcandaliſat abijcienda ſunt. q꞉ occaſiones peccandi ſunt
fugiende. ¶ Nonum conſilium eſt de rectitudie intentionis ac ſimpli
citate finis. Unde dicitur. Attendite ne iuſticiam veſtram faciatis co
ram hominibus vt videamini ab eis Item illud Neſciat ſiniſtra tua qd
fa. dex. tua Item ſic luceant opera veſtra coram hoībus vt glorificent
patrem veſtrum\ qui eſt in celis ¶ De his nota ꝙ ꝯtigit ꝯſtituere du
os fines ſcꝫ temporalem ⁊ eternum. Sed ſi eternus eſt finis vltimus
hoc bene licet. Actio autē ſpiritualis\ vt predicatio\ nō poteſt referre
ad finem tempalem\ ita etiam ꝙ illud tempale referatur ad deum. q꞉
non ſunt facienda mala vt eueniant bona quecūqꝫ Et hoc eſt quod ait
Aug⁹. Non debemus euangeliſare vt manducemus. ſed manducare
vt euangeliſemus ¶ Nota etiam ꝙ tenemur illos actus referre ad de
um. quoniam habemus dominū ex imperio rationiſ. vt eſt manducare
eligere cogitare ⁊ ſimilia. Sed non tenemur referre actus virium in
obedientium rationi. vt eſt nutritiua. reſpiratiua ⁊ huiuſmodi. ¶ De
cimum conſilium eſt de conformitate operis ad doctrinam. vt ibi. alli
gant onera grauia ⁊ importabilia. digito autem ſuo nolūt ea mouere

Dicunt enim ⁊ non faciunt. Ad idem ypocrita. Eijce primum trabem de oculo tuo. ⁊ tunc feſtucam in oculo fratris tui. ¶ Nota quoniam predi= catione aſſeritur aliquando intencio generaliter ſcꝫ de his que perti= nent ad ſtatum ſalutis. Aliquando vero aſſeritur intentio ſm ſtatum perfectionis \ vtpote religionis ¶ Primo modo tenetur predicator fa cere quod dicit \ cum aſſerit omnes ad hoc teneri. Secundo modo nõ tenetur niſi ⁊ ipſe perfectionem illam vouerit Vtrum aũt malus peccet predicando \ diſtinguitur. quia exiſtens in peccato notorio peccat \ quñ predicat. ſiue ex neceſſitate officij hoc faciat. ſiue ex voluntate quia ſcã dalizat. Exiſtens aũt in peccato occulto ſi predicat ⁊ non ſtudet ex di= cto ſuo compungi. adhuc videtur peccare \ quia videtur contemnere. ¶ Vndecimum conſilium eſt de vitanda ſolicitudine. vt ibi Nolite ſo liciti eſſe. Et ibi Nolite cogitare de craſti. ⁊c. ¶ Sciendũ igiť quod triplex eſt ſolicitudo. Prima eſt laudabilis. ⁊ eſt prudentie ſpiritualis. Vnde Ap's ad Corint. Qui ſine vxore eſt ſolicitus eſt que ſunt domini quo= modo placeat deo. Item ad Roma. de prelatis. Qui preeſt in ſolicitu= dine. Secũda eſt tolerabilis. ⁊ iſta ſolicitudo cure temporalis quo ad corpus. Lu. Martha martha ſolicita es. ⁊ tur. erga plu. Tercia eſt vi= tuperabilis \ ⁊ iſta eſt ſuperflue theſauriſacõis quo ad auaritiam. Ec cleſiaſtes. Peccatori dedit deus afflictionem vt addat et congreget. Et hec vanitas ⁊ caſſa ſolicitudo mentis. Solicitudo prima precipiť. ſecunda permittitur. tercia prohibetur. ¶ Duodecimum eſt fraterne correctionis. Vt ibi. Si peccauerit in te frater tuus corripe illum ⁊c. Nota quod corripere fratrem quandoqꝫ eſt conſilium. vt quando corripi tur ſuper venialibus Quandoqꝫ eſt preceptum \ vt corripere de morta libus. Et iſto ſecundo modo omnis pertinet ⁊ obligat ſemper. ſed nõ ad ſemper. quia pro loco ⁊ tempore ſcꝫ quando vacat ⁊ licet ⁊ crediť. quod vtilis fit correctio. ¶ Sciendum quod triplex eſt correctio. ſcꝫ amoris. timoris. pudoris. Hunc ordinem fraterne correctionis docet dominus in euangelio. Primo em̃ innuit fratrem reuocandum amore \ cum iubꝫ eum ſingulariter conuenire. dicens. Corripe eum inter te ⁊ ipm ſolum Si hoc non vult. docet eum ſecundo eſſe reuocandum timore. vbi ait. Si te non audierit adhibe tibi vnum vel duos teſtes. Tercio docet vt ſi nec hoc valuerit quod reuoceť pudore. Vñ dicit. quod ſi nec illos audierit dic eccľe. ſi ñ ecľam ſit tibi ſic ethnicꝰ ⁊ publicanꝰ. i. excommunicari dꝫ. ⁊ ſic deuitari. Sane predictus ordo fraterne correctiõis intelligitur tm̃ de criminalibus. quia de culpis communibus ſolent clauſtrales ſe ĩ ſuis ca pitulis accuſare nõ pmiſſa admonicõe. Veruntñ accuſans alium caueat diligenter ne hoc faciat ad infamandum ſed ad corrigẽdum. quoniam ſi quis ex deliberatione contrarium faceret mortaliter peccaret.

Explicit liber Quintus.

Incipit Prologus Sexti libri.

Celeſtis medicus\humani generis reparatoꝛ tali modo ſa-
nauit egrotum\ſicut optime competebat egrotanti\⁊ egri-
tudini\⁊ occaſioni egrotandi\⁊ ipſius egritudinis curacōi
Egrotus igitur homo eſt. Moꝛbus aūt oꝛiginalis culpa eſt
Oꝛigo vero iſtius culpe\licet pꝛincipaliter fuerit ex conſenſu rationis
occaſionem tamen ſumpſit ex ſenſibus carnis. Ad hoc ergo ꝙ medici
na reſpōderet moꝛbo opoꝛtuit ꝙ non tantum eſſet ſpiritualis. verum
etiam aliquid haberet de ſenſibilibus ſignis. vt ſicut ſenſibilia ſigna
fuerunt anime occaſio labendi ita eſſent ei occaſio reſurgendi. Pꝛopte
rea medicina noſtri vulneris conſiſtit in eccleſiaſticis ſacramentis

Incipiunt Tytuli ſexti li.

Diffinitiones ſacramenti j
De inſtitutione ſacramētoꝝ ij
De effectu ſacramētoꝝ iij
De numero ſacramentoꝝ iiij
De diſpenſacōe ſacramtoꝝ v
De caractere ⁊ iteratione ſa-
cramentoꝛum vj
De differentia ſacroꝝ vij
De baptiſmo viij
De kathecíſmo ⁊ exoꝛciſmo. ix
De ꝯfirmatione ~~eukariſtie~~ x
De ſacr̄to eukariſtie xj
De dignitate eukariſtie ⁊ mi-
rabilibus in ea xij
De effectu eukariſtie xiij
De ſumentibus eukariſtiam ⁊
modo ſumendi xiiij
De abſtinentia ⁊ ꝯmuniōe xv
De officio miſſe xvj
De negligentijs que fiunt in
miſſa xvij
De ſacramēto penitētie xviij
De qualitate penitentie xix
De effectu penitentie xx
De partibus penitētie in com-
muni xxj
De contritione xxij
De confeſſione xxiij
De qualitate ⁊ effectu confeſſi
onis xxiiij
Cui debeāt fieri ꝯfeſſiōes. xxv
De ſigillo ꝯfeſſionis xxvj
De ſatiſfactione xxvij
De partibus ſatiſfactionis in
communi xxviij
De ſingulis partibus ſatiſfa-
ctionis xxix
De iuſtificatione impij xxx
De penitentia venialium. xxxj
Per q̄d dimittatꝛ veīale. xxxij
De extrema vnctione xxxiij
De ſacramēto oꝛdinis xxxiiij
De q̄litate oꝛdinandoꝝ xxxv
De ipſa oꝛdinatione xxxvj
De matrimonio xxxvij

Expliciunt Tytuli ſexti libri

Incipit Liber Sextus. De diffinitione ſacramenti. Caplm. i

Sacramentum eſt\ vt ait Auguſtinus\ inuiſibils gratie\
viſibilis forma. Hec diffinitio generalis eſt. ꝛ conuenit
ſacramentis tam noue legis ꝙ veteris. quia tam illa ꝙ
iſta ſunt ex ſimilitudine repreſentantia. ꝛ inſtitutione ſig
nificantia. Scdm autem ꝙ eadem diffinitio conuenit ſa=
cramentis noue legis\ ſic ſupplenda eſt ita vt eius ſimilitudinem ge=
rat\ ꝛ cauſa exiſtat. Quia nō ſolum ex ſimilitudine repreſentant. vel ex
inſtitutione ſignant. ſed etiam ex virtute diuina ſanctificant ꝛ gratiaꝫ
conferunt. per quam anima creatur ab infirmitatibus viciorū. Et hoc
eſt quod Auguſtinus inſinuat in alia diffinitione dicens. Sacramen
tum\ inquit\ eſt illud ī quo ſub tegumēto rerum viſibilium diuina vir
tus ſalutem ſecretius operatur. Eſt ꝛ tercia diffinitio Hugonis de ſan
cto victore\ qui ait Sacramentum eſt materiale elementum. extrinſecꝰ
oculis ſuppoſitū. ex inſtitucōe ſignificans. ex ſimilitudīe repreſentans
ex ſanctificatione aliquam gratiam inuiſibilem conferens ¶ Tria tan
guntur hic que ſunt ex ratione ſacramēti ſtricte ꝛ proprie accepti. Pri
mum eſt naturalis ſimilitudo ex qua habet aptitudinem ſignādi. Se
cundum eſt actualis inſtitutio ex qua habet ordinationem determina
tam reſpectu huius ſignati. Tercium eſt ſpiritualis ſacrificatio ex qua
habet virtutem efficiendi illud ſignatum. Item dicit Augꝰ. ꝙ ſacra=
mentum eſt ſacre rei ſignum. Illud autem non eſt diffinitio. ſed potiꝰ
eſt ethimologia ſacramenti.

¶ De inſtitutione ſacramentorum. Capitulum .ii.

Sacramenta legis gratie xp̄s inſtituit tanꝙ noue legis lator
in qua vocauit ad premia. dedit precepta. inſtituit ſacramēta
Xp̄s em̄ verbum patris cum ſit ſumme virtutis. ſumme verita
tis. ꝛ ſumme bonitatis. Ratione bonitatis promiſit premia beatifican=
tia. Ratione veritatis dedit precepta dirigentia. Ratione virtutis inſti
tuit ſacramenta adiuuantia. vt ſic per ſacramēta raperetur virtus ad
implenda precepta. ꝛ per precepta veniatur ad premia ¶ Inſtituit au
tem xp̄s ſacramenta in verbis ꝛ elementis. Vt ait Auguſtinus. Ac=
cedat\ inquit\ verbum ad elementum ꝛ fit ſacramentum. Et eſt ibi ele
mentum pro materia. ꝛ forma verborum pro forma. Ad hoc vero in=
ſtituta ſacramenta in verbis ꝛ elementis vt haberent euidentiam ſig
nificandi. ꝛ efficaciam ſanctificandi. Quia dum elementa oculis. ꝛ ver
ba ſe auribus offerunt. qui ſunt duo ſenſus precipue cognoſcitiui. quia
dant euidentiam ſignificationis. Deinde verba ſignificant elementa
vt plenior fiat hūane curatōis efficatiua ¶ Inſtituit aūt deꝰ ſacramēta
diuerſimode. Quedā ſcꝫ ante aduentū ſuū\ vt mr̄imoniū ꝛ penitentiā

Sed hec duo confirmauit ⁊ conſumauit in lege euangelica\tum pe-
nitentiam predicauit\ ⁊ nuptijs interfuit. Alia quinqꝫ ſacramenta ſolꝰ
Xp̄s iniciauit. Confirmationem quidem manum paruulis imponendo
Vnctionem vero diſcipulos ad curandum mittendo qui infirmos vn
gebant oleo. Sicut dicitur in Marco. Baptiſmum ſuſcipiendo deinde
formam dando. Ordinem vero primo poteſtatem ligendi ⁊ ſoluendi
tribuendo. et conficiendo altaris ſacramentum Eukariſtiam autem cō
parando ſe grano ſynapis ⁊ conficiendo ac dando diſcipulis ſuis im
minente paſſione ſacramentum corporis ⁊ ſanguinis. ¶ Inſtituta ſūt
ſacramenta multiplici de cauſa. Primo propter humiliationem\ qua
homo querit ſalutem in inferioribus ſe. Secundo propter erudicionē
qua homo per viſibilia ad cognoſcenda inuiſibilia rapiatur. Tercō ꝓ
pter exercitationem qua noxiam homo declinet occupationem ⁊ ociū
Quarta eſt propter congruitatem medici ad medicinaꝫ. quia cum me
dicus ſit deus ⁊ hō. ꝯgruenter medicina cōtinere debet aliq̄d diuinū
ſcꝫ inuiſibilē grām ⁊ aliq̄d hūanū. ſcꝫ viſibilē gratie formā. Quinta ꝯ
gruitas ex parte infirmi. quia cum infirmus ſit homo conſtans ex cor
pore ⁊ ſpiritu. Spiritus autem in corpore non bene capit ſpiritualia.
niſi in corporibus congruum fuit dare medicamenta ſpiritualia in re
bus corporalibus. ſicut pillule ⁊ inebula. Sexta propter augmentum
meriti. Multum enim valet ad meritum quando deo creditur in hijs
vbi humana ratio non prebet experimentum. Patet ergo ex predictis
que ſit ſacramentorum cauſa efficiens\quia diuina inſtitutio. Que for-
malis\quia gratie ſanctificatio. Que finalis\quia humane infirmita
tis cauſatio vel curatio.

¶ De effectu ſacramentorum. Capitulum .iij.

Effectus ſacramentorū noue legis multiplex eſt. Primo a pec
cato mundant. Secundo in bono confirmant. Tercio corpori
Xp̄i miſtico incorporant. Quarto iuſtificant. Quinto ad futu
ram vitam preparant. Sexto erudiendo illuminant. Septimo a malo
preſeruant. Iſta patent in ſeptem ſacramentis per ordinem. Nam pri
mum operatur baptiſmus. Secundum vero confirmatio. ⁊ ſic de alijs
¶ Sacramenta dicuntur gratie vaſa ⁊ cauſa. non ꝙ in eis gratia ſub-
ſtantialiter contineatur. vel cauſaliter efficiatur\cum in ſola anima ha
beat collocari. ⁊ a ſolo deo infundi. Sed quia in illis ⁊ per illa grati
am curationis a ſummo medico Xp̄o oportet hauriri. licet non alliga-
uerit potentiam ſuam ſacramentis. quin ⁊ per alias vias gratiam ſuā
conferre valeat ¶ Sacramēta ſemꝑ habent ſignificationem veritatis
ſꝫ nō ſꝑ efficaciā curationis. Nō ꝓpter defectū ex ꝑte ſui ſꝫ ex ꝑte ſuſci
piētis. quia gr̄a nulli datur repugnanti ⁊ impugnanti fontem gratie.

Unde ⁊ ſacramenta non ſanctificant / niſi accedentes digne ⁊ abſqꝫ omni fictione. Nonnunꝙ cū virtute ſacramentoꝝ fit de attrito ꝯtritꝰ ita ꝙ defectꝰ dignitatis vel pꝛepationis ex pte ſuſcipiētis ſuppleť vir tute diuīa in ſacramētis. dūmō accedat ſciēs in moꝛtali vľ ꝓpoſito peccā di ¶ Unde ſciendū ꝙ quidam ſuſcipiunt ſacramētum tantum / vt ficte accedentes. Quidam re tm̄ / qui per contritionem ⁊ fidei deuotionem recipiunt gratiam poſtꝙ veniunt ad ſacramenta. Quidam ſuſcipiunt ⁊ ſacramentum ⁊ rem vt digne accedentes. ¶ Sacramentum dicit a ſa turando. Et hoc poteſt fieri tripliciter. aut ſanctitatem efficiendo tm̄. aut ſignando tantum. aut ſimul efficiendo ⁊ ſignando. Pꝛimo modo conuenit ratio ſacramenti rebus ſignatis per ſacramenta tam veteris ꝙ noue legis. Secūdo modo conuenit ſignis veteris legis. Tercō mō ꝯuenit ſacramentis noue legis. Huius exemplum habemus in natu ris. quia medicina dicitur ſanare efficiendo tantū. ſed pꝛima ſanat indi cando tm̄. Efficatio vero ſanat efficiēdo ⁊ ſignando ¶ Quinqꝫ ſunt q̄ animam iuſtificant ſed diuerſimode. Deus em̄ iuſtificat autoꝛitatiuē Gratia iuſtificat foꝛmaliter expellens moꝛbum ſpiritualem. impletio mandatoꝛum iuſtificat vt dieta. Sacramenta vero tanꝙ vaſa medici nalia in quibus confertur gratia. ſacerdos aūt miniſterio. Exemplum hoꝝ habemus in curatione moꝛbi coꝛpoꝛalis. Deus em̄ ſanat coꝛpus autoꝛitatiue. medicina vero effectiue. Dieta conſeruatiue. vas medici ne contīnetiue. vt dicitur vulgariter Pixis iſta ſanauit me. medicus ve ro ſanat vt miniſter

¶ De numero ſacramentoꝛum. Capitulum iiij.

Sacramenta noue legis ſunt ſeptem / ſm̄ diuerſitatem hoīm ī eccleſia. Pꝛimū eſt intrantiū vt baptiſmus. Secundū pugnan tium vt confirmatio. Tercium vires reſumentiū vt eukariſtia Quartū reſurgentium vt penitentia. Quintum exeuntium vt extrema vnctio. Sextum miniſtrantium vt oꝛdo. Septimum nouos milites introducē tium vt matrimoniū ¶ Sacramenta figurata ſunt ſeptem in ſeptē ſig naculis. quibꝰ fuit veteris legis pagina ſigillata. q̄ agnus / qui habet clauem dauid qui claudit ⁊ nemo aperit / reſerauit. Item in ſeptem tu bis quibus angeli cecinerunt. Item in ſeptem ſtellis quas habebat ſi milis filio hoīs in dextra ſua. Item in ſeptem panibus quibus domi nus turbam ſatiauit. Item in ſeptē oculis ſuper vnum lapidem. Item in ſeptem lucernis tabernaculi ſuperpoſitis candelebꝛo Item in ſeptē circuitionibus iericho Item in ſeptem lotionibꝰ naaman in ioꝛdane ¶ Sacramenta ſeptem ſunt que diſponunt ad ſeptem virtutes habēdaſ Nam baptiſmus eſt ſacramentū fidei. Cōfirmatio ſpei. Eukariſtia ca ritatis. Penitētia iuſticie. Extrema vnctō pſeuerātie q̄ ē foꝛtitudis cō plemētū. Oꝛdo prudētie. mr̄imoniū tpātie. Alia ē rō numeri ſacramtoꝝ

Sapientia edifica-
uit domum . excidit
inea columnas sep-
tem Pro ix

quia ordinatur contra triplicem culpam. ⁊ contra quadruplicem penā
Unde baptiſmus ordinatur contra peccatum originale. Penitentia ꝯ
tra mortale. Extrema vnctio contra veniale. Ordo contra ignorantiā
Eukariſtia contra malitiam. Confirmatio contra impotentiam. Ma-
trimonium contra concupiſcentiam quam temperat ⁊ excuſat. ¶ Alia
eſt ratio numeri, quia ſacramēta ſunt cauſe ſanatiue morbi ſpūalis ad
medelam corporalium. ¶ Medicina vero corporalis triplex eſt. ſcꝫ cu
ratiua. conſeruatiua. pſeruatiua melioratiua. Simili modo ⁊ ſacramē
ta curant. Baptiſmus em̄ curat ſimul ⁊ totaliter. Penitentia vero cul
pam curat palatim quantum ad penam quouſqꝫ nullius pene homo
debitor ſit. Extrema vero vnctio curat a morbis leuioribus ſcꝫ a venia
libus. ſicut baptiſmus ⁊ penitentia curant a morbis letalibus. Sicut
ergo predicta tria ſacramenta ſunt quaſi medicine curatiue. confirma
tio eſt medicina conſeruatiua ſanitatis ſpiritualis, in qua datur ſpiri-
tuſſanctus ad robur. ⁊ ad conſeruationem gratie date in baptiſmo.
Matrimonium eſt medicina preſeruatiua. Ordo eſt medicina meliora
tiua, in quo augmentatur gratia. Eukariſtia hec omnia ſimul facit. Cu
rat em̄ venialia que ſunt ruine occaſio maioris. Conſeruat etiam grāꝫ
inuentam in homine ⁊ augmentat. Sicqꝫ meliorat ⁊ nihilominꝰ a pec
cato preſeruat

¶ De diſpenſatione ſacramentorum Capitulum .v.

Poteſtas diſpēſacōis ſacramentoꝝ regulariter ſpectat ſolum
ad genus humanum. In omnibus aūt ſacramentis diſpenſan
dis neceſſaria eſt in diſpenſante intentio. qua quis intendat
facere quod Xp̄us inſtituit ad humanam ſalutem. Uel ſaltem facere
qd̄ facit eccl'ia, in quo claudit̄ in generali intentio p̄dcā. Quia eccleſia
ſicut ſacramenta a xp̄o accepit, ſic ad fidelium ſalutem diſpenſat Rur
ſum qꝛ ordo dignitatis exigit vt maiora maioribus. minora minoribꝰ
comitantur. Quedam reſpiciunt excellentiā dignitatis vt ſacramētum
ꝯfirmacōis ⁊ ordis. Vn̄ ꝯferunt̄ ab epis. Quedā vero reſpiciūt indi
gentiā neceſſitatis vt baptiſmꝰ ⁊ mr̄imoniū. quoꝝ vnū regenerat alteꝝ
vero generat. Et hoꝝ diſpenſatio etiā perſonis inferioribus ꝯceditur
maxime in articulo neceſſitatis. quod dico ratione baptiſmi. Quedam
aūt ſacramenta ſunt quaſi media, vt eukariſtia et penitentia ⁊ vnctio
extrema. Et iſtoꝝ diſpenſatio ad ſolos ptinet ſacerdotes. qui ſunt q̄ſi
in medio inter ep̄os ⁊ minores pſonas ꝯſtituti. Sacramēta diſpēſari
pn̄t a bonis ⁊ malis. a fidelibꝰ ⁊ infidelibus. intra eccleſiā ⁊ extra ec-
cleſiam. Quia ſi diſpēſari poſſꝫ tm̄ a bonis nullus eſſet certꝰ de ſuſcep
tiōe ſacramēti. cū nullus ſit certus de bonitate miniſtri. ſic nec de ꝓp̄a. ⁊
ita ſp oporteret iterari ſacramēta. ⁊ malicia vnꝰ hōis p̄iudicaret ſaluti
aliene. Idcirco ſacramentoꝝ diſpēſatio ꝯmittit̄ homi nō rōe ſcitatis

que variatur·ſed ratiōe autoꝛitatis que ſemper manet q̄tum eſt de ſe
¶ Sciendum aūt ꝙ ſacramenta quedam habent ſubſtantialia· quedā
vero ſacramētalia·q̄tum aūt ad ſubſtantialia nō plus valet oꝑacō bo
ni miniſtri q̄ mali·qꝛ deus ibi operat᷑ vt auctoꝛ\homo vt miniſter Sʒ
in ſacramentalibus\ſicut ſunt oꝛacōes\ plus p̄t valere oꝛatio boni q̄
mali·hoc aūt eſt ꝑ accidens non per ſe·i·q̄tum ad effectus accn̄tales·
non q̄tum ad eſſentiales·Quāuis ergo apud hereticos ſint ſacramen
ta vera\non tn̄ recipientibus vtilia\niſi ad eccl'ie redeāt vnitatē· Vn̄
Aug⁹ Eccl'ia ꝯparata paradiſo indicat poſſe baptiſmū hoīes foꝛis ac
cipe·ſed ſalutem non tenere · Nam ⁊ flumina de paradiſi fonte foꝛis
largiter manauerūt\nec tn̄ in meſopotamia\nec in egipto quo illa flu
mina ꝑuenerūt eſt felicitas vite que de paradiſo ꝯmemoꝛatur·

¶ De caractere\⁊ iteratione ſacramentoꝝ Capitulum vj

Triplex eſt ſtatus fidelium in acie eccleſiaſtice ierarchie \ ſcilʒ
fidei genite·fidei roboꝛate·fidei multiplicate Scōm pꝛimum
fit diſtinctio fidelium ab incredulis in baptiſmo Scōm alium
fit diſtinctio foꝛtium ab infirmis\⁊ hoc in ſacramento ꝯfirmationis·
Scōm tercium fit diſtinctio clericoꝝ a laycis ꝑ ſacramentū oꝛdinis·
Hinc eſt ꝙ hec tria ſacramenta caracteres impꝛimūt ꝑ quos indelibi-
liter impreſſos ſemper diſtinguunt vnde nullatenus iterari poſſunt·
Caracter igitur baptiſmalis eſt incipientiū· ꝯfirmacōis ꝓficientium·
ſed oꝛdinis eſt perfectoꝝ Predicta triplex diſtinctio fit ad ſil'itudinē
diſtinctionis alic⁹ exercitus·Prima eſt ꝯmunis ſcʒ totius exercit⁹ ab
alio exercitu·Et hoc fit hic ſpūaliter per baptiſmum Secunda eſt ſpe
cialis ſcʒ militum a ppl'aribus·hoc aūt fit per ꝯfirmacōem· Tercia eſt
ſpecialiſſima ſcʒ ducum ab vtriſqʒ·⁊ hoc fit per ſacramentū oꝛdinis·
Preterea qꝛ caracter eſt ſignum diſtinctiuum ſpeciale indelibile·ideo
non ꝯfertur in ſacramentis que ſolent iterari\ ſicut eſt penitentia ma
trimonium ⁊ huiuſmōi· ¶ Notandum etiam ꝙ caracter baptiſmalis ē
fundamētum oīm caracteꝝ alioꝝ·⁊ ideo illo nō habito nō pn̄t ceteri
caracteres impꝛimi·⁊ ꝓ hoc optet de nouo fieri vt illi caracteres ha-
beātur·Unde ſi quis oꝛdinatur non baptiſatus nihil pꝛoꝛſus agitur·
Quamuis tria ſacramenta\vt dictum eſt\ꝓpter caracteris impꝛeſſiōꝫ
non iterent᷑·tn̄ ꝯmune eſt hoc omnibus non iterari ſuper eandem per
ſonam ⁊ materiam ⁊ ex eadem cauſa·Et hoc eſt ideo ne fiat ꝯtumelia
ſacramento·Ex hoc em̄ credi poſſet ꝙ ſacramenta pꝛius diſpoſita fu-
iſſent inefficacia ⁊ inepta Quedam ſunt de ſacramentoꝛum ſubſtantia
Quedam de congruentia·Si ea que de ſubſtantia ſunt obmittantur\
euacuantur ſacramenta·⁊ ſunt iteranda · Obmiſſio vero illoꝛum que
de congruentia non euacuant ſacramenta·

De differentia ſacramentorum. Capitulum .vij.

AB inicio conſtituta ſunt ſacramenta ad curacōem hominum\⁊
ſemꝑ cum morbo cucurrerunt. In lege em̄ nature fuerunt ob
lationes\ſacrificium\⁊ decimacōes In lege aūt ſcripta introducta eſt
circūciſio.⁊ adiuncta eſt expiatio.atqȝ ſuꝑaddita oblatio\decimatio\⁊
ſacrifitioꝝ multiformis diſtinctio. In lege aūt noua inſtituta ſunt ſa.
cramenta numero pautiora.vtilitate potiora.virtute efficatiora.⁊ pre:
minentia digniora.atqȝ ſignificatione euidentiora. In quibus eſt im.
pletio ſimul\⁊ euacuatio oīm predictoꝝ. Sicut dicit Hu.de ſan.vict.
Primi temporis ſacramenta fuerunt ſicut umbra. Medij temporis ſic
ymago. Poſtremi tꝑis ſcȝ gratie ſicut corpus\quod intra ſe veritatē
ↄtinet ⁊ grām.quam ſignificationē repn̄tant ⁊ pn̄tialiter ↄferunt ac
ꝓmittunt. Predicta patent\qꝛ eiuſdem mundacōis ſili̅tudo in oblatio
ne legis nature.ſed oculte inuenitur. In circūciſione vero euidentius
exprimit. Per baptiſmum aūt manifeſtius declaratur. Item ſacramē
ta veteris legis nutriebant paruulos.exercebant ꝑfectos.⁊ duros o.
nerando domabant. Sed ſacramenta noue legis ↄferunt quod vete
ra de longinquo monſtrabant. Unde priora ſacramenta ꝑparauerunt
et ꝑduxerunt ad noua\ſicut via ad terminum.ſicut ſignum ad figurā
ſicut figura ad veritatem.⁊ ſicut impꝑfectum ad ꝑfectum Eſt ⁊ alia
differentia\qꝛ ↄmune eſt omnibus ſacramentis ꝙ ↄſiſtant in rebꝰ ſen
ſibilibus inuiſibilem grām ſignantibus. Sed ſpeciale eſt in ſacramen
tis noue legis ꝙ ↄſiſtāt etiam in verbis. Item ſacramenta noue legis
etiam in verbis. Item ſacramenta noue legis efficiunt quod figurant
ſed hoc non faciunt ſacramenta veteris legis. Item ſacramenta noue
legis iuſtificant quantū ad opus operans\⁊ q̄tum ad opus operatum.
Sed veteris legis ſacramenta iuſtificabant ſolum q̄tum ad opus o.
perans.qꝛ non valebant facientibus niſi q̄tum ſe illorum caritas ⁊ de
uotio fidei extendebat. Iſtud non intelligitur de circūciſione \ que cū
non fuerit in lege data.nequaq̄ inter legalia ↄputatur.quia ipā in ꝑ
uulis tollebat originale\⁊ grām ↄferebat.quod non faciebant ſacra.
menta legalia. Item in lege diſtinguebat circumciſio populum dei ab
alijs gentibus. Sed nunc diſtinguit caracter baptiſmalis. Item lega
lia ſm Augu.fuerunt ante paſſionem domini viua.⁊ ſtatim poſt paſſi
onem mortua. Et poſtq̄ claruit veritas euangelij ſunt ſepulta Noſtra
vero ſacramenta vſqȝ ad finem mundi ſemꝑ in ſuo vigore manebunt.

De baptiſmo Capitulum .viij.

BAptiſmus eſt ianua omnium ſacramentoꝝ .qꝛ nulli ↄfert an
ipm in eccleſia aliquod alioꝝ. De ſubſtantia baptiſmi ſunt
quinqȝ. Primū eſt expreſſio forme vocalis a dn̄o inſtitute. Que eſt hec
Ego te baptiſo in nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpūſſancti. abſqȝ obmiſſione

vel additione dictionis abſq; ꝑpoſteratione ordinis\ ⁊ abſq; ꝯmutati
one nominis. ¶ His em̄ quatuor modis forma verboꝝ violatur. ſcȝ ob
miſſione\ addicõe\ tranſpoſicõne\ ⁊ ꝯmutatione. ſcȝ ſi ponitur loco pa=
tris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti ſcȝ nomen potentis ſapiētis ⁊ benigni. q2 in
quocunq; ydeomate baptiſet\ non debent poni appropriata tribus p=
ſonis. ſed expſſa nomīa perſonaꝝ. Similr̄ loco\ baptiſo\ non debȝ dici
īmergo vel intingo. Secundū eſt ablutio p elementū aque in toto cor
pore. vel ſaltem in digniori parte. Tercium eſt ꝙ immerſio illa fiat ab
vno ⁊ eodem tempe quo forma verboꝝ exprimit. ita ꝙ nō vnus pueꝝ
īmergat. ⁊ alius verba ꝓferat. Quartum eſt intentio\ vel ſpecialis vł
generalis. Specialis aūt intentio eſt. vt iſte baptiſand9 mundetur. Ge
neralis aūt eſt facere id quod facit eccl'ia. Intentio quoq; illi9 requi=
ritur qui baptiſat ſi eſt adultus. q2 qui inuiti baptiſantur nō recipiūt
ſacramētum Quintum eſt fides ipſi9 ſacramenti baptiſandi. q2 in adul
tis requirit fides ꝓpria. ſȝ in paruulis aliena. q2 paruuli in fide eccl'ie
baptiſant ¶ Baptiſmus merito fit in aqua ⁊ non in alio liquore. q2 cū
homo per pc̄m̄ primi parentis incurrerit īmundiciam ⁊ ignorantiaȝ
⁊ ꝯcupiſcentiā. p baptiſmum ab his tribus malis liberamur. Et hoc
notatur in ꝓprietatibus aque. ſcȝ puritate. pſpicacitate. ⁊ frigiditate.
Nam baptiſmalis aqua ſua puritate nos mūdat. ſua pſpicacitate nos
illuminat. atq; ſua frigiditate nos ab eſtu ꝯcupiſcentie temperat Iteȝ
baptiſmus fit in aqua nequaꝙ inopia excuſaret. ⁊ ne ꝓpter defectum
periculum ſalutis homīes incurrerent ſi in alio liquore fieret. Et vt a=
pud omnes inueniat ꝯmunis materia baptiſandi. ¶ Triplex eſt bapti
ſmus. ſcȝ fluminis flamīs ⁊ ſanguinis. Inter hec eſt talis dr̄ña. Bap=
tiſmus flumīs a tota pena liberat ⁊ a culpa. ⁊ gr̄am in habitu infūdit
⁊ caracterem imprimit. Baptiſmus flamis delet culpam nō ſemel tm̄
ſed pluries. ⁊ habet gr̄am in vſu in quo ꝯſiſtit meritum Baptiſm9 ſan
guinis liberat ab omni temptacõe. ⁊ ꝯfert ſtatim premium. q2 ꝓpriuȝ
eſt martiꝝ ſtatim euolare. Ex his ptȝ quis ſit melior inter hos baptiſ
mos. q2 ſe habent vt excedentia ⁊ exceſſa. In baptiſmo quoddā eſt ſa
cramentum tm̄ vt ablutio exterior. Quoddam res tm̄ vt gr̄a interior.
Quoddam res ⁊ ſacramentum vt caracter. ¶ Octo ſunt de ſolenni=
tate baptiſmi que non ſunt de ſubſtātia Vnde verſus. Sal. oleum. criſ
ma. cereus. criſmale. ſaliua. Flatus virtutē baptiſmatis iſta figurant.
Hec cum patrinis non mutant eſſe ſed ornant. ¶ In quatuor locis ba
ptiſandus inungit. ſcȝ in fronte vt fidem publice ꝓteſtetur In vertice
vt agenda ſubtilius in eo intelligant Inter ſcapulas vt iugum xp̄i ſua
uius portetur. In pectore vt dulci corde deus diligatur ¶ Baptiſm9
fuit inſtitutus Materialiter qn̄ baptiſatus eſt Xp̄s. Formaliter qn̄ di
xit. Ite docete omnes gentes. Finaliter qn̄ ait Nicodemo. Niſi quis

renatus fuerit ex aqua. Effectiue qn̄ xp̄s paſſus eſt. ¶ Effectus bap-
tiſmi multiplex eſt. Ad ſacramenta p̄parat. q2 baptiſmus eſt ianua et
ſacramētū intrantium. A peccato mundat. quod ſignatum eſt in mari
rubro vbi ſubmerſi ſunt egiptij ¶ Nota aūt q̄ in baptiſmo delet̄ origi
nalis culpe macula. Fomes vero non tollit̄ ſed remittit̄ Penam rela
xat. Vnde puer induitur veſte candida. Rōnalem vim aīe illuminat.
Vnde ponit̄ ſal in ore pueri. Concupiſcibilē ad bonum inflamat. Vn̄
datur candela puero. Iraſcibilem confortat. Vnde iſrael vicit amalech
poſt tranſitum maris rubri. Gratiam tribuit Quod ſignat̄ p columbā
que ſedit ſup xp̄m baptiſatum. Caracterem imprimit. Hoc ſignat̄ p
mare vitreum in Appc̄. Fomitē mitigat. quod ſignat aque frigiditas
Cōmunionem eccl'e p̄ſtat. Sicut Ihere. Circūciſio quāuis ſanctificat9
fuerit in vtero. A ſatiſfactione exteriori liberat. q2 baptiſmus non re-
quirit gemitum nec planctum. intellige exteriorem. Nam interior exi-
gitur in adulto ſcz contritio poteſtatem dyaboli minuit. quod ſignat ex
ufflatio. Januam celi aperit. quod ſignat̄ q2 xp̄o baptiſato aperti ſūt
celi. ¶ Notandū aūt q̄ paſſio xp̄i aperuit ianuam paradiſi per cauſaz
merito iā ꝛ ſatiſfactoriā generalem. Baptiſmus aūt aperit per cauſā
efficientem ſingularem. Facit em̄ iſtum ſingularē euolare. Os ad lau
dandum. aures ad audiendum aperit. Vnde ponitur ſaliua in ore ꝛ ī
aure pueri. Templū xp̄i efficit. Vnde dicitur baptiſato. Exi immunde
ſpūs ꝛ da locum aduenienti ſpū iſancto. Laudabilem coram deo red-
dit. Vnde balſamus eſt in criſmate. Solent pueri baptiſandi vſqz ad
paſca ꝛ penthe. niſi vrgeat neceſſitas vel timeatur periculū reſeruari
Ad ſignandum q̄ in baptiſmo fit reſurrectio ſpiritualis. Et q̄ grā ſpi
rituſſancti datur ¶ Baptiſmus xp̄i ꝛ iohannis conueniunt in materia ꝛ
in modo mergēdi. Sed dn̄t in forma. q2 baptiſmus Johannis trade-
batur in nomīe venturi. Differebant etiā in effectu. q2 baptiſmus xp̄i
iuſtificat Johannis nō. Item in fine. q2 Johānis baptiſm9 aſuefecit ad
baptiſmū xp̄i ¶ De kathecíſmo ꝛ exorciſmo. Capitulum ix.

Kathecíſm9 ꝛ exorciſm9 tāq̄ p̄paratorij p̄mittunt̄ in baptiſmo vt
in ip̄o grā efficati9 opet̄. Trib9 de cauſis kathecíſm9 inſtitut9
eſt. Prio ꝑpter inſtructōz de articl'is cōmunib9 ad fidei ſuſcep
tionē. Secūdo ꝑpter rn̄ſionē ad fidei ꝓfeſſionē. Tercio ꝑpter ſpōſionē
ad fidei obſeruacōem. Quia vero adult9 pc̄tm̄ ꝓprium hz. ꝛ p ſe rn̄de
re p̄t requirūtur hec ab eo. Paruul9 aūt q2 nō hz pc̄tm̄ actuale. nec p
ſe credere p̄t. requirunt̄ hec ab eo p vicariū qui p ip̄o rn̄det ad fidei
obſeruantiā ¶ Exorciſm9 ideo ſtatut9 eſt vt a baptiſando poteſtas dia
boli pellat̄. Nā ꝑpter pc̄tm̄ hois dyabol9 p̄tatem accepit in hoiem. et
etiā in illa q̄ conueniunt in vſum hois. Vn̄ tam adulti q̄ paruuli exorci
ſari debent ad expulſionem tam noxie poteſtatis.

De confirmatione· Capitulum ·x·

Confirmatio ſacramētum eſt pugnātium·De ſubſtantia ↄfir=
macōis ſunt ſex·Duo ex parte ſacramēti in ſe ſcʒ materia criſ=
matis·⁊ forma verboꝝ·Que talis eſt\ſm morē magis ↄmunē Signo
te ſigno crucis·ↄfirmo te cariſmate ſalutis·in noīe patris ⁊ filij ⁊ ſpi
ritusſancti\amen Duo ex parte miniſtri ſcʒ dignitas pōtificalis· ⁊ intē
tio debita·Duo ex parte ſuſcipientis·ſcʒ frons in qua debet fieri criſ=
matio·Et ꝙ ↄfirmandus ſit baptiſatus Vnctio criſmatis triplex fit
in tribus ſacramentis·quoꝝ diuerſitas in fine accipiť Jn baptiſmo fit
in vertice·ad ſignādum fidei ſuſceptionē·qꝛ vertex eſt locus cellule ra
tionalis·Jn ↄfirmacōe fit in fronte·ad ſignandum audaciā ↄfirmati=
onis·cuius impedimentū eſt timor ⁊ verecundia·Que ſpecialr manife
ſtantur in pallore vel rubore frontis ex ꝓpinquitate cellule ymaginať
Jn ordine fit in manibus ad ſignandum poteſtatē ↄſecrandi ſacramē
tum dominici corporis· Huius ſacramenti multiplex eſt vtilitas·qꝛ
grām in baptiſmo datam ↄfirmat·Pſal·Confirma hoc deus qđ opa
tus es in nobis·i·in baptiſmo·Ad militiam ſpūalem preparat·Vnde
ↄfirmandi tanꝙ pugiles pugnaturi inunguntꝰ ne ab inimicis defacili
teneantur·Et qꝛ omnes xp̄iani in bello xp̄i eſſe tenentur·ꝓpterea ⁊ om
nes hoc debent recipere ſacramentum vt facilius poſſint ↄtra mūdū
carnem ⁊ dyabolum pugnare· Ad ↄfirmacōem ↄſtantem nominis xp̄i
animat qm̄ oportet veꝝ deum et veꝝ hoīem ↄfiteri·Primo vt ↄfitea
mur eum ſm diuinā naturā patri ⁊ ſpūiſancto coequalem·Quod nota
tur in forma verboꝝ vbi fit expreſſio trinitatis·Scđo vt ↄfiteamur eū
ſm humanā naturā crucis ſupplicium ꝑtuliſſe·qđ notať in crucis ↄſig
nacōe·Jntꝰ ⁊ extra ſpūali decore nos ornat Jntꝰ quidē ꝑ ↄſcie purita
tem·ſʒ extra ꝑ odorē bone fame·Et hec duo ſignātur in criſmate qđ ↄ
ficitur ex oleo ꝓpter primū·ex balſamo ꝓpter ſcđm Jn bonis agendis
⁊ malis ſuſtinēdis roborat Datꝰ enī ſpūſſanctꝰ ad robur Jn ↄfirmacōe
aīam ⁊ corpꝰ armat·Aīam quidē ꝑ impſſionē caracteris ↄtra puſilla=
nimitatis vicium Corpꝰ vero armat ꝑ clipeum crucis ↄtra inſultus de
monum·Cōtra verecundiā ⁊ timorē noīs xp̄i· Jn ↄfeſſiōe audaciā p̄=
ſtat Primū notatur in criſmate frōtis impoſicōe·q̄ eſt locꝰ verecundie
tia maloꝝ.Quedam iniungit ad ſubſtantiā ſatiſfactōnis\ ut ieiunare .
vigilare\dare elemoſinam.peregrinari\ et huiuſmodi opera penalia .
Quedā iniungit ad pfectionem ⁊ ſecuritatem ſatiſfactionis.ut ſunt o-
pera ſupererogatōnis.Satiſfactio debet culpe reſpondere in tribus .
ſcilicet in numero.Pſal.Lauabo per ſingulas noctes lectum meum la
cri.me.ſtra.me.rig.In pondere.Aug⁹.Libenter debet facere immor-
talis futurus quecūqꝫ faceret ꝓ differenda morte moriturus.In men
ſura.Grego.Tanto tempore debet in penitentia eſſe quanto fuit in cul
pa.Iſta tria requirūtur in penitentia ſm cōſcientiā nō ſm neceſſitatē.

De partibus eius in communi Capitulū.xxviii

Satiſfactionis quedam partes ſunt principales. ſcilicet oratio.
ieiunium\et elemoſina. Quedam vero ſunt ſecundarie\que ad
has reducuntur.vt vigilie\peregrinatōes et diſcipline.Dicen
dum igitur ꝙ opera omnia carnē affligentia reducūtur ad ieiunium.
Omnia vero opera ſpiritualia ad orationem.Omnia autem opa miſeri
cordie ad elemoſinam.Sufficientia partiū principaliū poteſt accipi re
ſpectu termini a quo eſt motus ſatiſfactōnis.quia per ieiunium reuoca
mur a concupiſcentia carnis.per elemoſinā a cōcupiſcentia oculorū.per
orationem a ſupbia vite. Alio modo ſumitur ſufficientia iſta ex parte
termini ad quē.quia per ieiuniū bene ordinatur homo in ſeipo.per ele
moſinam ad ꝓximū.per oratōem ad deum. ¶ Tercio ſumitur hec ſuffici
entia ex parte materie de qua fit ſatiſfactio.quia per elemoſinā de bo
nis exterioris ſubſtantie fit ſatiſfactio.per ieiuniū de bonis corporis.ꝑ
oratōnem de bonis mentis.Quarto ſumitur hec ſufficientia ex pte mo
dorum ſatiſfaciendi. Fit enim ſatiſfactio tribus modis. vel ꝑ punitio-
nem vel ſm redemptōnem.vel per ſupplicationem. Primū facimus ie
iunando.Secundum elemoſinaſ dando.Terciū orādo. Quinto ſumitur
hec ſufficiētia ex parte effectus.Per ſatiſfactōem enim tria magna bo
na nobis ꝓueniunt.ſcꝫ impetratio gratie.remiſſio pene.expurgatio re
liquiarum culpe.Ad primū videtur valere elemoſina ꝓpter multiplica
tionem interceſſoꝝ.Ad ſecundū ieiuniū.Ad tercium oratio

De ſingulis partibus ſatiſfactionis Capitulum·xxix·

Elemoſina dupliciter poteſt accipi· aut intentõe ſubleuandi neceſſitatem ꝓximi·et ſic eſt opus miſericordie· aut intentõne recompenſandi ꝑ debito offenſe diuine·⁊ ſic eſt opus iuſticie· Unde primo modo pertinet ad meritũ vite·Secundo modo ad meritũ dimiſſionis pene·quia elemoſina ſic data eſt ꝓprie ſatiſfactoria· De ieiunio quoqꝫ ſciendum ꝙ in carne duo ſunt· Unum eſt natura que debet ſuſtentari·Aliud eſt vicium ꝙ debet domari· Jeiuniũ ergo ꝙ naturam ſeruat et viciũ domat bonum eſt et ſatiſfactoriũ· aliud vero non· Oratio dupliciter habet fieri·Aut pro impetratõe bonoꝝ· et ſic eſt pars contemplationis· Aut ꝑ amotõne maloꝝ·et ſic eſt ꝓprie pars ſatiſfactõis·

De iuſtificatõe impij Capitulum·xxx·

Juſtificatio eſt motus ab iniuſticia ad iuſticiã· Jn iuſtificatõe impij quatuor requiruntur·ſcilicet motus liberi arbitrij/ et cõtritio·et infuſio gratie et remiſſio culpe·Horũ prima duo ſunt ex parte ſuſcipientis·Alia vero duo ex ꝑte agẽtis · Predicta quatuor ſũt ſimul tempore·non natura· Prioritas autem et poſterioritas q̃ ſm ordinem nature eſt reducitur aliquo modo ad ordinẽ cauſe et cauſati · Jnter iſta videtur hic ordo cauſalitatis eſſe·Cauſaliter enim motus liberi arbitrij prior eſt alijs tribus·quia requiritur cõſenſus voluntatis in hmõi mutatione·Voluntas autem et liberũ arbitrium ſumuntur hic pro eodem·Propterea motus iſte appellatᷣ motus liberi arbitrij· Jſte quoqꝫ motus q̃ liberi arbitrij conſentit deo vt primo motori vocatur motus fidei/ quia habet aliquid cognitõnis et aliquid affectõis ſicut fides· Dicimus ergo ꝙ motus liberi arbitrij ſiue motus fidei in deũ cauſaliter eſt prior q̃ motus quo de peccato quis cõteritur· qꝛ ſicut in generatõe peccati prior eſt cõuerſio q̃ auerſio/cũ cõuerſio cauſet auerſionem· Jta in eius deſtructione prior eſt conuerſio ad deum ꝑ liberũ arbitrium q̃ auerſio a creatura ꝑ contritõnem de peccato·Quod enim primum eſt in compoſitione vltimum eſt in reſolutione · Jſti vero duo motus ſcilicet liberi arbitrij et contritõnis ſunt priores q̃ gratia infũ datur·quia ſunt preparatiua cauſa/vt gratia dei· Quãuis enim deus ſine vlla preparatõe poſſꝫ impiũ iuſtificare· tamen requiritur preparatio ex parte noſtra·quoniam ſicut requiritur preparatio ex parte materie in naturali mutatione ad recipiendum formam·ita in mutatõe volũtaria·et hoc nõ eſt ex impotẽtia agẽtis ſed ſuſcipientis· Alia eſt ratio qꝛ in iuſtificatõe pctõris fit introductio vni⁹ forme et expulſio ↄtrarie· Jdeo requirũtur p̃dicta duo ſcꝫ motus liberi arbitrij diſponẽſ ad grẽ

ſuſceptioné.et cõtritio.i.deceſſus a pctō diſponéſ ad culpe expulſioné. Gra vero prius infundit ꝙ culpa remittat. qꝛ ꝑ grãz culpa remittit ſicut in introductõe forme prior eſt naturaliter forma que expellit ex ꝑte agentis ꝙ illa que expellenda eſt remoueri poſſit. ¶ Qualiter aũt iuſtificatio fiat in inſtanti vel ſucceſſiue nota diſtinctõem. Poteſt enim iuſtificatio dupliciter accipi.ſicut ⁊ generatio. Vno modo vt dicat motum ad iuſticiam cuꝫ termino eiuſdem.et ſic fit ſucceſſiue\vt quãdo ſuccedit ſucceſſiua ꝑparatio. Alio modo poteſt accipi ut dicat ſolummodo mutationem ſine motu\ hoc modo fit iuſtificatio in inſtanti. et hoc triplici ratione. Prima quia fit virtute infinita et ſimplici immediate. Secunda eſt\quia fit in ſubſtantia ſimplici\ſcilicet in mente. Tercia qꝛ ipſa forma\tam que expellitur ſcilicet culpa.tam que introducitur.ſcilicet gratia ſimplex eſt omnino. Ad illud quod ait Aug9. ꝙ maius eſt iuſtificare impium ꝙ creare celum et terrã. Dicẽdum ꝙ maius eſt ꝙtum ad id quod fit quod melius eſt.ſed non quo ad modum faciendi. Quamuis in iuſtificatõne impij ſit reſiſtentia formalis .ſcilicet contrarij ad contrarium .non tamen eſt ibi reſiſtentia effectiua quo aliquid reſiſtat agenti\ſcilicet deo\cuius virtuti nihil reſiſtere poteſt In iuſtificatione impij aliquid eſt ex parte dei.et aliquid ex parte peccatoris. et aliquid ex parte eccleſie. Ex parte dei ſunt duo\ ſcilicet miſericordia qua reatũ indulget\et iuſticia qua emendã aliquãtulum exigit. vel hic vel in purgatorio.hoc ſignatur ꝑ ſuos diſcipulos quos miſit dominus in omnem locum quo erat ipẽ venturus. tunc quidem corꝑaliter\ nunc autem per gratiã ſpiritualiter. Ex parte etiam peccatoris ſunt duo. ſcilicet dolor et amor.et hec ſunt due mole quibus peccatum conteritur. que ſm legem non debent in pignore obligari dyabolo ¶ Ex parte eccleſie ſimiliter ſunt duo. Primum eſt meritũ\et precipue chriſti. cuius meritum eſt inexhauſibile\⁊ etiam alioꝝ ſanctorum\qui fecerũt opera multa ſupererogatõnis.que omnia ſub poteſtate clauium ſunt poſita. vt ſi quid minus in vno membro eccleſie inuenitur\ in alio recompẽſet Vnde ſi aliquis non eſt membrũ eccleſie non influit in ipſum merituꝫ predictum. ¶ Sciendum eſt indulgentia quam dat eccleſia per papã et epiſcopos.tamen vt ipſa indulgentia tantũ valeat quantum ꝓmittitur exigitur auctoritas et cauſa \ſcilicet cõmunis vtilitas ex parte dantis. Exigitur etiam fides formata\et obedientia.hoc eſt reſoluat illud propter quod datur ex parte recipientis.

¶ De penitentia venialium Capitulum. xxxi.

Penitentia eſt remedium inſtitutum ad expirandũ peccatũ que debetur pena ſenſibilis que cũ debeat peccato nõ ſolũ mortali ſed et veniali\pꝫ ꝙ pñia eſt remediũ ꝯtra vtrũqꝫ. Tñ pñia nõ ẽ ſimplr

de venialibuſ ſed etiam de mortalibus·qꝛ penitentia introducta eſt ad
reconciliandū amiciciā quā peccatū mortale tollit· Licet ergo peniten=
tia non ſit de venialibus ſimplr̄ tñ erit ꝑ accidēs\ꝛ hoc tribus modis·
Primo ratōe dubij·ut quando credūtur eſſe mortalia·Secundo ratōe
ſtatuti·ut eſt quando hō qui tenet̄ confiteri ſemel in anno nō habet ni
ſi venialia·Tercio rōe periculi· ut qñ venialis delectatio ad hoc perdu
cta eſt ꝙ niſi homo ſe auertat ab ea trahit in mortale· ¶ De remiſſiōe
peccati venialis ſciendū ꝙ in duobus caſibus nō remittitur · Primus
eſt ſi talis habeat mortale peccatū· quoniā ſine mortali peccato nunꝙ
dimittitur veniale·Licet econtra poſſit fieri\ſcꝫ ꝙ mortale dimittatur
ſine veniali·Cū enim mortale peccatū tollat caritatē que vniuerſa deli
cta operit·cōſtat ꝙ exiſtēti in peccato mortali nullū veniale remittitur
Scd̄us eſt quādo volūtas fixa manet in affectu alicuius peccati venia
lis determinati·quoniā idē illud tolli nō poteſt· Et hoc multiplici rōne
Prima eſt\qꝛ omne peccatū remiſſione indiget quo ad duo·ſcꝫ quo ad
culpā\et quo ad penam·ſed nō poteſt eſſe remiſſio ſecunda ſiue prima
qꝛ ꝙdiu homo culpam habet debitoꝛ eſt pene·Culpa aūt in deoꝛdina
tione voluntatis cōſiſtit·Vnde voluntas ſic manens reoꝛdinari nō po
teſt·alioquin duo oppoſita ſimul eſſent in eodē· Alia eſt ratio\qꝛ manē
te cauſa non poteſt tolli effectus·Sed voluntaſ inoꝛdinata ad aliquid
eſt cauſa peccati venialis·Vnde manente voluntate fixa in illo non re
mittitur ipm̄ peccatum veniale· ¶ Sciendū etiam eſt ꝙ vnum peccatū
veniale poteſt remitti ſine altero·quia peccatum mortale quod maioriſ
eſt adherentie poteſt remitti ſine veniali·Alia ratō eſt·qꝛ peccatū moꝛ
tale ita deo diſplicet ꝙ facit etiam ipm̄ peccantē diſplicere deo·ſed ve
niale ꝙuis deo diſpliceat cum inoꝛdinatū ſit\non tñ facit ipm̄ peccan=
tem deo diſplicere·qꝛ non priuatur gratia\ſed obnubilatur inꝙtuꝫ ei9
ꝓceſſus impeditur ad exterioꝛa·et ꝓpter hoc vnū veniale non impedit
quin aliud remitti poſſit·Tercia ratio eſt·quia venialia non habēt con=
nexionem adinuicem\nec ex parte auerſionis·quia non auertūt a ſum=
mo bono·nec ex parte cōuerſionis· Ideo vnum remitti poteſt ſine alio
Non vero ſic eſt in mortalibus\vbi vnū non dimittitur ſine alio· quia
mortalia connexionem habent adinuicem ex parte auerſionis·quodli=
bet enim mortale auertit a deo licet non habeant connexionem ex par
te conuerſionis·non poteſt tamen vnum remitti ſine alio· Ex predictis
collige ꝙ aliter ſe habent adinuicem venialia et aliter mortalia\ et ali
ter mortalia ad venialia·Mortalia enim ſic ſe habent ꝙ vnum non di
mittitur ſine alio·Venialia enim ſic ſe habent adinuicē ꝙ vnū dimitti
tur ſine alio· Mortalia autem ſic ſe habent ad venialia ꝙ remitti p̄t
veniale ſine mortali ·Cui9 duplex eſt rō· Prima eſt qꝛ mortale ꝛ veni
ale ſe hn̄t ſicut habitus et diſpō·ſꝫ ſublato hitu p̄t manere diſpoſitio·

et non econuerſo. Secunda ratio eſt\quia mortale opponitur caritati.
Veniale autem feruori eius. ſed ſublata caritate tollitur et feruor ei9.
et non econuerſo.

Per quid dimittatur peccatum veniale Capitu. xxvi.

Ad peccati venialis remiſſionē nō exigitur nouus caritatis ha
bitus. ſed ſufficit nouus motus quia peccatū veniale non tolle
bat virtutis habitū. ſed impediebat ipſius actū Nota ꝙ pec
catum veniale nō dimittitur ſine cōtritōe. Cuius hec eſt ratio. q2 quā-
diu manet volūtas in aliquo veniali nūꝙ̄ dimittitur. Sed voluntatem
auertere ab eo ꝙ quis priuſ volebat eſt diſplicere ei quod voluit. Ta-
lis autem diſplicētia dolor cōtritōis dicitur. Sed ſciendū ꝙ cōtritō
poteſt accipi dupliciter\vel in habitu vel in actu. vel medio modo. Cō
tritio in habitu non ſufficit ad peccati venialis dimiſſionē. q2 tunc qui
cūq3 haberet penitētie virtutis habitū. non poſſet habere veīale pec
catum. et ſic veniale peccatū nō poſſet eſſe cū gratia. Contritio in actu
nō ſp requiritur\q2 ſequeretur ꝙ pc̄tm̄ quod quis in memoria nō ha-
bet remitti non poſſet. ꝓpter hoc requirit̄ cōtritio medio mō\ſcilic3 vt
peccatū diſpliceat actualiter. vel explicite vł implicite. Dico aūt impli
cite. quia talis actus ſufficit. q2 diſpliceret explicite peccatū veniale ſi
cognitio ferretur ad illud. Notandum etiam ꝙ tam feruēs poteſt
eſſe motus caritatis in deū ꝙ omnia venialia peccata conſūit etiam ſi-
ne actuali cogitatōe ipſoꝝ. quia quando quis feruenter fertur in deu3
diſplicet ei omne quod a deo retardat. et ita licet explicite de peccato
veniali nō cogitet. tamen in illo motu continetur implicite diſplicentia
peccati venialis\vel vnius vel omniū. Sciendū etiam ꝙ in cōtritōne
de venialibus nō exigitur ꝓpoſitū nō peccādi venialiter. ſicut in contri
tione in mortali exigebatur. ſed ſufficit ꝙ diſpliceat ei etiam peccatum
p̄teritum\et infirmitas quo ad peccatū veniale inclinatur\ꝙuis ab eo
omnino immunis eſſe non poſſit. ita tamē ꝙ voluntas nō maneat fixa ī
vno veniali. quia illud ſic retentū nō dimitteretur in contritōe genera
li. Huius autē ſententie hec eſt ratio. q2 peccata mortalia ſunt in po
teſtate noſtra vt vitētur nō ſolū ſingula\ſed etiā omnia Venialia vero
et ſi ſingula vitari poſſint\nō tamen om̄ia. quod ex infirmitate nature
cōtingit. Multa ſunt ꝑ q̄ tollūtur peccata venialia que ꝑ tria cōpre
hendūtur. Primo ſunt omnia que gr̄am conferūt\ut ſacramēta eccleſie
Secundo illa quibus impedimēta feruoris et gratie tollūtur\ſicut eſt
aqua benedicta. que virtutem inimici reprimit. et ep̄alis bn̄dictio Ter
cio exercicium humilitatis ex parte noſtra\ſicut eſt tonſio pectoris.
oratio dominicalis. elemoſina\ieiunium\ et huiuſmodi. Ratio horum
eſt\quia cum venialia dimittantur per feruorē caritatis\ qui implicite
vel explicite cōtinet oīa illa q̄ nata ſunt de ſe feruorē caritatis excitare

dicuntur peccata venialia dimittere· Talia vero ſunt oīa q̄ p̄dicta ſunt
Unde cum ſm quantitatem feruoris ſit quātitas remiſſionis\patet ꝙ
ꝓut per iſta tria ꝑnumerata maior vel minor excitatur feruor qui vel
implicite vel explicite contritōem continet plura vel pauciora venialia
dimittūtur\non tamē ſemꝑ omnia·

¶De extrema vnctione Caplm·xxxiiij·

Mediator dei et hoīm nō ſolū vocať Jheſus\inq̄tū hʒ ſaluare·
ſed etiā xp̄us inquantū habet vnctōis grām in alios diffunde-
re·Tribus vicibus inunctus fuit dauid ·Primo in domo patriſ
ſui\in ſignū regni futuri·hec ſignat vnctōem in baptiſmo·Secundo in
ebron ſuꝑ iudam·et poſtea multa bella habuit· Hec ſignat vnctōem in
cōfirmatōe·Tercio iterū in ebron\ſuꝑ omnē iſrael·poſt hāc in pace re
gnauit·Hec ſignat vnctōem in extremis· ¶De ſubſtātia huius ſacra
menti ſunt quinqʒ·Primū eſt\ꝙ vnctōem faciēs ſit ſacerdos·Scōm ē
intentio·Terciū materia ſcʒ oleum infirmoꝝ·Quartū forma verboꝝ ſcʒ
hec·ꝑ iſtam vnctōem ꝛc·quā formā debet dicere inungēs · Quintū ē lo
cus inungendus·q2 fit ad oculos ad aures\ad nares· In hoc ſacramē
to forma verboꝝ eſt deꝑcatiua\q2 illud ſacramentū videtur valere q̄ſi
ꝑ modū ſuffragij·Datur eī ad effectū quem homo ꝑ opera ꝓꝓa poſ-
ſet conſequi niſi infirmitas impediret· ¶Un̄ notandū ꝙ in aliquo ſa-
cramento forma verboꝝ eſt in ſola oratōe ſicut hic·Dixit eī Jacobus
Inducāt preſbiteros ꝛ orent ſuꝑ eū· In quibuſdā ſacramentis cōſiſtit
in ſola enūciatōe ſicut pʒ in baptiſmo·Ait enim dn̄s· Baptiſantes eos
nō faciēs de orōe mentōeʒ· In alio ſacramēto ſic dicūt quidā conſiſtit
forma in orōe et enūciatōe·ut in ſacramento penitētie·Conſueuerūt eī
confeſſores primo orare dicētes·Abſolutōem et remiſſionē ꝛc· Poſtea
dicunt· Abſoluo te a peccatis ꝛc· Cū enim offendatur deus et eccleſia
in peccato cōtra primū merito fit orō et contra ſm abſolutio·Iſtud ſa
cramentum non datur niſi adultis qui peccata venialia videnť habere
cōtra que inſtitutū eſt·et ſic datur alijs q̄ꝫ infirmis in ꝑiculo mortis ꝯ
ſtitutis·Sanis enim nō datur illud ſacramentū·q2 habēt aliud remedi
um paratū ſcʒ penitentiā·nec debet dari niſi poſtulātibus·qui deuotōʒ
ſuā ſurſum erigāt·Si ſepe quis ad mortē infirmať· ſepe pōt inungi·ſʒ
in vna infirmitate non debet quis bis inungi\ niſi eadē infirmitas vl-
tra annum ꝓtrahatur·Ita ꝙ in vno anno ꝓpter vnam infirmitatē ne-
quaq̄ꝫ bis inungatur· Effectus huius ſacramēti eſt multiplex Prim9
eſt ſanitas duplex·vna principalis \ſcilicet liberatio ab infirmitate ſpi
rituali·que contrahitur per venialia· quibus anima debilis efficiť ad
exequendum actum gratie vel glorie· Alia eſt ſanitas ſecundaria que
eſt quaſi effectus et ſignum prioris ſanitatis\ſcilicet ſanitas corꝑalis
et hoc verum eſt quando ſanitas corporalis expedit ſanitati ſpirituali

Tunc enim iſtud ſacramentū cauſat vtrūqꝫ in ſuſcipientibus digne. In
terdum enim vtilis eſt ſanitas corꝑalis\ ſcꝫ ad meritū glorie cumulan
dum. Valet etiã ad deuotõem excitandū. et ad velociorē tranſitum ad
celū In hoc ſacramento ſicut in ceteris tria ſunt. Vnū eſt ſacramentuꝫ
tantū\ſcꝫ vnctio exterior. Aliud eſt res tantū\ſcꝫ effectus duplicis ſa-
nitatis vt dictū eſt. Tercium eſt ſacramentū et res .ſcꝫ quedam vnctio
ſpiritualis interior. i. mentis interior iocunditas et ſolaciū.

De ſacramento ordinis. Capitulum. xxxiiij.

QVinqꝫ ſacramenta de quibus dictū eſt ꝑtinent ad ſtatū ꝑſone.
ſed duo de quibus dicendū eſt ꝑtinent ad cõmunem ſtatum ec
cleſie\ qꝛ ordo ꝑtinet ad generatõem ſpūalem. Matrimonium
vero ꝑtinet ad generatõem carnalē. Ordinē ꝑcedet primo tonſura. qꝛ
in omni tranſitu de ſtatu ad ſtatū cõuenienter interponit̄ aliqua diſpo
ſitio media Vnde in tranſitu a ſtatu laycoꝝ ad ſtatū miniſtroꝝ dei cõ
ueniēter prima tõſura interponit̄. Fit etiã in hac tonſura aliquoꝝ capil
loꝝ reſectio in modū corone\ qꝛ in miniſteriū illius aſſumitur cui ſerui-
re regnare eſt. Eſt itaqꝫ duplex ſignū diſtinctiuū in ordinatiſ. ſcꝫ exteri
us tonſura\et interius caracter. Ad eſſe tñ ordinis tonſura nõ ꝑexigit̄
ſed ad bene eſſe\qꝛ diſpoſitio cõgruitatis eſt in ipa tonſura ad ordinē
et nõ neceſſitatis. Hugo de ſancto vic. ordinē ſic deſcribit. Ordo eſt ſi-
gnaculū quoddam in quo ptãs ſpiritualis traditur ordinato et officiū
Hic nota ꝙ in naturalibꝰ dedit deꝰ ſuꝑiora corꝑa in reginē inferioꝝ
ſic et in ſpūalibus quoſdã poſuit ſuꝑiores\et quoſdam inferiores. ut il
li ptãtem habeant ſuꝑ iſtos\ſicut ſunt clerici qui pſunt in ſpūalibus\ꝛ
principes ac iudices ſeculares qui pſunt in tꝑalibus. De ſubſtantia
huius ſacramenti ſunt ſex. Primū eſt poteſtas ordinãtis. qꝛ oportet ꝙ
ſit epūs. Scdm eſt materia ſcꝫ vnctio in ſacerdotibus\et tactus illoruꝫ
que tãgenda ſunt. Terciū eſt forma verborū. quartū eſt ſexus virilis.
qꝛ mulier non recipit caracterem ordinis. Quintū eſt intentio. ſextū eſt
ꝙ ordinandus ſit baptiſatus. Baptiſmus enim eſt ianua omniū ſacra
mentoꝝ. Quoddã eſt hic ſacramentū tantum\ut viſibile quo poteſtas
tradi videtur. Quoddã eſt res tantum\ſcꝫ gracia que cõfertur. Quod
dam eſt res et ſacramentū ſimul\ut caracter Septē ſūt ordines. Pri
mus eſt oſtiariatus. ſecūdus lectoratus. tercius exorciſtatus .quartus
acolitatus. quintus ſubdiaconatus. ſextus diaconatus . ſeptimus preſ-
biteratus\qui eſt omniū ordinum ꝑfectiſſimus et terminus alioꝝ. Alij
enim ſunt quaſi ſex gradus quibus ad thronū deſcenditur ſalomonis.
Actus oſtiarioꝝ eſt locum cuſtodire cõfectionis ſacramentoꝝ ab his
qui immundi determinati ſunt. ſcꝫ ab excõmunicatis. Actus lectoꝝ eſt
ꝓphetias legere. Actus exorciſtarum eſt arcere demones per cõiura-
tionem ne dñentur in corꝑe nondum baptiſato . Actus acolitarum eſt

deſignare lumen euangelij in corpali lumine .Actus ſubdyaconoꝝ eſt
oblatiões accipere ab offerētibus\et eas offerre dyacono .Legere au
tem epl̄am nō eſt actus eoꝝ principalis\ſed conueniens .Actus dya=
conoꝝ eſt ordinare hoſtias in altari.Predicare autem vel legere euā=
gelium eſt actus cōſequens.Actus preſbiteroꝝ eſt cōſecrare corpus ⁊
ſanguinem xp̄i.et hic eſt actus principalis.Alius eſt conſequēs\ſcȝ li=
gare et ſoluere .Per quē actum preparatur corpus miſticū vt ſit aptū
ac ydoneum ad ꝑceptōem corpis xp̄i veri ¶In quolibet ordine impri
mitur caracter.ſed quādo fiat hoc nunc dicendum eſt.Hoſtiarijs qui
dem imprimitur quādo datur eis clauis ligandi\ et dicitur eis.Sic a
gite tanq̄ ratōem deo reddituri ꝓ rebus que cū clauibus iſtis reclu=
duntur.Lectoribus caracter imprimitur cū ep̄us porrigit eis librū cuȝ
debita forma verboꝝ.Exorciſtis imprimitur cū datur eis liber exorciſ
moꝝ cum forma verboꝝ.Acolitis imprimitur in verbis que dicit ep̄s
cum dat acolitis candelabrū. Subdyaconis imprimitur qn̄ ep̄us cum
forma verborum dat calicem vacuū\et cetera vaſa quoꝝ vſus eſt in cō
fectōem eukariſtie.Dyaconis et preſbiteris imprimitur qn̄ ep̄us im=
ponit manus capiti cū verbis ad hoc conſtitutis ¶Predictos ordies
xp̄us exercuit.hoſtiarium quādo vendentes et ementes eiecit de tem
plo.Lectoratum exercuit cum in medio ſenioꝝ librū yſaie aperiens le
git.Exorciſtatuȝ qn̄ demoniacos ſanauit.Acolitatū quando dixit.Ego
ſum lux mundi.Subdyaconatū\quando lintheo ſe p̄cinxit et pedes di
ſcipuloꝝ lauit.Dyaconatuȝ quādo in cena diſcipulis corpus ⁊ ſangui
nem ſuum miniſtrauit.et dormientes ap̄los excitauit.Preſbiteratū qn̄
ſe in ara crucis obtulit. et quando in cena panem et vinū in corpus et
ſanguinem mutauit.

¶De qualitate ordinandoꝝ. Capl̄m.xxxv.

Qualitas ordinandoꝝ conſiſtit in duobus.ſcilicet in faciendiſ ⁊
vitandis.Facienda ſunt hec.Sit in moribus pudicus.xliij.di.
c.i.In habitu honeſtus.xxi.q.iiij.per totum.Cibo et potu tē
peratus.extra de vita et hone.cleri.a crapula.Cōpetenter q̄uis nō e=
minēter lr̄atus.extra de electōe cum nobis Manſuetus et modeſtus.
xlv.di.c.i.et.ij.per totum.Tonſuram deferant clericalem .extra de vita
et honeſtate clericoꝝ.Clericus.Hoſpitalis.xvi.q.i.Quoniam.Doctor
in predicatōe.xliij.di.c.i.Correctoꝛ viciorum per virgā diſcipline.lxxx
vi.di.c.ij.Exemplum prebeat bone vite.iij.q.i.¶in finem.Bone fame
l.di.c.i.Reſidentiā faciat in eccleſia ſua\vel beneficio.extra de cle.non
reſi.per totum.Vnicum ſufficiat beneficiū habens curam animarū. ex
tra de pre.de multa Bonus ſit gubernatoꝛ familie.xlviij.di. Neceſſe.
Hec ſunt clericis vitanda\ ſcilicet omne crimen mortalis culpe. extra
de tem.or.ex tenore.Non litigioſus.xlvi.di.c.v.Ecce.et.c.ſequēti.Non

Sacerdotis honestas servanda

Vitia que debz sacerdos vitare

affectus ſinceritatem\quia in pectore eſt affectus Tercium contempla
tionis claritatem\quia in capite perſpicacitas intellect9. Beata virgo
multis de cauſis fuit deſponſata viro. Prima vt deſignaret ip̄a bea=
ta virgo eccleſiam deſponſatam criſto\que ſimiliter virgo eſt Secun=
da vt per ioſeph origo eius oſtenderetur\ quia per viros geneologya
texitur. Tercia vt ioſeph eſſet teſtis caſtitatis ip̄ius. Quarta ne infa=
maretur ſi generaret nō habens viruz. Quinta ne velut incontinēs dā
naretur\quia de tribu erat ſacerdotali. et tales comburebant. Alie au
tem adultere lapidabantur. Sexto vt virgo viri ſolacio ſuſtentaretur
Septimo vt partus dyabolo celaretur. Octauo ne iudei xp̄m tanꝙ il
legitimū iuſte perſequi viderentur. Nono ne legi que amendat matri
monium cōtrariari dn̄s videretur. ¶ Nota ꝙ duodecim ſunt impedi=
menta matrimonij Unde verſus. Error conditio votū cognatio crimē.
Cultus diſparitas ius ordo ligamen honeſtas. Si ſis affinis ſi forte
coire nequibis. Hec ſocianda vetant cōnubia iuncta retractant.

Incipit Prologus Septimi libri.

Finale iudiciū quedam ſunt antecedentia\quedam quaſi cōco=
mitantia\et quedam ſequentia. Antecedentia iudiciū ſunt tria
ſcz pena purgatoria\et eccleſie ſuffragia\ac ꝑſecutio antixp̄i.
Concomitantia iudiciū ſunt duo\videlicz. cōflagratio mundi\et reſur
rectio corpoꝝ. Cōſequētia iudiciū duo ſunt\ſcz pena infernalis et glo
ria celeſtis. De quibus per ordinē dicendum eſt.

Incipiunt tituli capituloꝝ Septimi libri.

DE purgatorio. Cap. j.
De acerbitate pur. ij
De ſuffragijs ec. iij
Quoꝝ ſuffragia ꝓſint ⁊ q̄. iiij
Utrum indulgentie defunctis
valeant. Capitulum v.
De aduentu antixp̄i. Ca. vi.
De mala vita antixp̄i vij.
De quatuor modis quibus de
cipiet Capitulū viij.
De ſequacibus antixp̄i ix.
De gog et magog. x.
De helya et enoch xj.
De duratōe h9 ꝑſecutōis. xij.
De morte antixp̄i xiij.
De conflagratōe mundi. xiiij.
De reſurrectōe generali. xv.
De iudicio extremo xvj.
De iudicantibus xvij.
De iudicandis xviij.
De innouatōe mundi xix.
De penis inferni xx.
De diuerſitate penarum. xxj.
De gloria celeſti xxij.
De dotibus in cōmuni xxiij.
De dotib9 aīe ī generali. xxiiij
De eiſdem in ſpeciali. xxv.
De dotibus corporis in gene=
rali. Capitulum. xxvj.
De eiſdem in ſpeciali xxvij.
De aureolis in genere. xxviij.
De aureolis in ſpecie. xxix.
Enumeratio celeſtiū gaudiorū
Capitulum. xxx.

De purgatorio Capitulum.j.

Purgatorius ignis corporalis eſt ꝑ quem tantummodo ſpi
ritus iuſtorum qui in hac vita non impleuerunt penitentiā.
nec ſatiſfactionem condignā affliguntur. Hij qui ſunt in
purgatorio ſpem habent euaſionis. quia ſciūt ſe non eſſe in inferno/et
tamen ꝓpter penarū magnitudinem hoc aliquādo nō aduertunt. Mul
te ſunt rationes quare oportet eſſe purgatoriū. Prima ratio eſt/quia
ſm Auguſtinū tria ſunt genera hominū Quidam enim ſunt valde ma *Auguſtinus de Triplici habitaculo*
li quibus non proſunt eccleſie ſuffragia. Quidam valde boni. quib9 nō
ſunt neceſſaria. Quidam non valde mali/nec valde boni/ ſcʒ qui habēt
venialia/et his debetur pena purgatoria. Secunda eſt/quia ſicut ſum
ma bonitas non patitur ꝙ bonum remaneat irremuneratū. ita ſumma
iuſticia non patitur ꝙ malū remaneat impunitū. Tercia eſt/ quia diui
ne lucis tanta eſt dignitas ꝙ eam ſoli mūdi cordis oculi cernere pn̄t.
Unde oportet ꝙ quiſqʒ veniat ad mundiciā baptiſmalē anteꝗ̄ conſpe
ctui domini pſentetur. Quarta eſt/quia culpa eſt offenſiua maieſtatis
diuine. et damnoſa eccleſie/et deformatiua in nobis ymaginis diuine.
Sed offenſa requirit punitōnem /et damnū requirit ſatiſfactionem. ⁊
deformatio expurgationem. Propter hoc neceſſe eſt ꝙ peccato pena
vel hic vel alibi reſpondeat punitiua. Quinta eſt/quia contraria cōtra
rijs curantur. ſed peccatū oritur ex delectatione et libidine/ vnde dele
ri habet per penā. Sexta eſt/quia nulli debet negligentia ſuffragari.
ſed ſi talis non puniretur in futuro/videretur in futuro cōmodum re=
portari de negligētia penitētie dilate. Septima eſt/quia iuſtum eſt ꝙ
ſpiritus qui cōtempto ſummo bono ſe ſubiecit infimo. i. peccato ſubicia
tur poſtea inferiorib9. i. penis ¶ Nota ꝙ anime poſtꝗ̄ ſufficiēter in ig
ne fuerint purgate ſtatim euolant ad gloriā. et hoc patet multiplici ra
tione Prima ratio/quia poſt purgatōnem nulla remanet in anima diſ=
ſimilitudo ad gloriaʒ. Unde merito illi debet iungi. Secundo quia
ianua celi ſemꝑ illis eſt aperta qui obſtaculū nullum habēt. Tercio qꝛ
neceſſe eſt illos ſpiritus in quibus eſt caritas ſurſum eleuanſ/et nihil
retardans ad gloriam eleuari. Quarto quia cū deus ſit pronior ad mi
ſerendum ꝗ̄ ad puniendū/merito debet purgatos cōiungere glorie.
quos purgandos ſubiecit pene. Quinto/quia non punit deus bis i id
ipſum. Unde cum iſte ſufficiēter ſatiſfecerit in penis ignīū/non debet
amplius puniri in dilatione premiorū. Sexto quia poſt purgationem
non debet talis eſſe in purgatorio nec in lymbo/quia non eſt de nume
ro illorum puerorū nec in infernorum. quia non habet mortale pecca=
tum. ergo oportʒ eum eſſe in celo. quia poſt mortem nō ſunt alia recep
tacula animarum. Septimo quia efficacior eſt caritas ꝗ̄ iniquitas. ſed
iniquitas ſtatim ducit ad ſuppliciū/ergo caritas ſtatim ducet ad p̄miū

Octãuo quia ceſſante impedimento corpora grauia feruntur deorſum et leuia ſurſum / ſic ſpũs malorum remoto carnis onere feruntur ſtatim ad locum ſuppliciorũ ꝓpter peni peccati grauitatem. Spiritus vero bonorum ſi non ſit impedimentũ alicuius culpe vel pene debite ſtatim feruntur ad locum premiorum.

¶ De acerbitate purgatorij Capitulum. ij.

In purgatorio duplex pena eſt. Una eſt pena damni de carentia diuine viſionis. Alia pena ſenſus de afflictione ignis. et quantum ad vtrũqʒ minima pena purgatorij maior ẽ maxima pena mundi. Iſtud patet de pena damni / quia affectus quo deſiderat ſummum bonum poſt hanc vitã ab animabus ſanctis intenſior eſt ꝙ aliquis effectus rei temporalis. In vita iſta maxime cũ iam tempus habendi aduenerit. Ideo carentia eius modeſtius toleratur. Iſtud quoqʒ patet verum eſſe de pena ſenſus / quia cum dolor non ſit eſſentialiter ipſa leſio / ſed leſionis ſenſus / tanto magis dolet anima quanto magis ſentit ſenſitiuũ aliquod. Ideo ab igne in ipã agentẽ maxime leditur et affligitur. ¶ Nota cauſa acerbitatis pene purgatorij hec ẽ quia cum deus plus querat emendam ꝙ penam. plus ponderat in penitentia virtutem bone voluntatis ꝙ penam afflictionis. Unde plus ponderat deus modicam penam voluntariam in preſenti / ꝙ multã nõ ita voluntariam in futuro. ſicut plus valet modicum auri ꝙ multũ plũbi. Unde oportet vt illud quod deficit in voluntate ibi ſuppleatur in acerbitate. ¶ De igne qui purgat animas eſt loqui dupliciter. Uel ꝙtum ad id quod primo affligit / ſicut eſt corporeus. Uel quantũ ad illud quod proxime affligit / et immediate / ſic eſt incorporeus. Primo modo dicitur ignis nature. Secũdo modo dicitur ignis ſimilitudinarie / ſicut dicitur leo verus / et leo pictus. Utrũqʒ tangit Grego. quando dicit / in eo ardent dum ardorem vident. Ille autem ignis corporeus dupliciter poteſt cõſiderari. Primo vt eſt inſtrumentũ nature. et ſic agere poteſt in corpus et non in animam. Secundo prout eſt inſtrumentum diuine iuſticie / ſic agit in animã imprimendo illi ſpeciem ſuã per quam affligitur. quia violenter ſpecie illa informatur. Sicut enim anima ſm ordinem nature vnitur corpori vt inſtituat vitã. ſic merito ſm ordinem iuſticie vnitur igni a quo ſuſcipiat penam. ¶ Nota ꝙ demones non puniunt animas in purgatorio. ſed illuc eas adducũt. vel etiã aſſiſtunt vt cõmuniter dicitur. Ex permiſſione tamen dei demones in hac vita quandoqʒ bonos affligũt. Cuius hec eſt ratio / quia in preſenti durat pugna inter hominẽ et demonem qui habet in eo poteſtatẽ exercicij. ſed poſt hanc vitam non ſic. Unde et aer iſte caligmoſus eſt aſſignatus demonibus magis ꝓpter temptandi officiũ ꝙ ꝓpter ſupplicium. ¶ De locis penalibus quot ſint et vbi ſint. quere ſupra libro q̃rto

in capitulo de deſcenſu xpi ad inferos ¶ Sciendū tamen de loco pur gatōis ꝙ dupliciter aſſignatur/aut ſm legem cōmunem. et ſic eſt in vno loco/ſcilicet in parte inferni circa lymbū patrum. Aut ſm diſpen ſationem ſpecialem/ſic purgantur anime aliquādo in locis diuerſis in quibus peccauerunt.hoc fit autem ꝓpter aliquam ſuā reuelatōnem ꝓ ter ſuffragia eorum quibus apparent in illis locis. vel etiam ꝓpter ali quam viuentiū edificationem. Ignis autem ille plus vel minus cruci at ſm ꝙ quis plus vel minus de cremabili ſecuꝫ tulit. Oportet enī pri uſꝙ̄ dei facies videatur.ꝙ lignum fenuꝫ ſtipula. maiora minora ⁊ me diocria venialia per crematōnem totaliter cōſummantur. ¶ Predicta vero pene diuerſitas non eſt ex diuerſitate ignis agentis/ſed ſubiecti patientis/ſicut ſub eodem ſole vnus plus eſtuat/ alter minus/vt dicit Grego. Neceſſe eſt autem vt dicit Aug .ꝙ tantum durat dolor q̄tuꝫ heſerat amor.Tanto enim quiſqꝫ torquetur diutius q̄to affectus eius venialibus adherebat fortius.

¶ De ſuffragijs eccleſie Capitulum iij.

Sicut pertinet ad ſeueritatē diuine iuſticie bonos ꝓpter venia-lia in purgatorio puniri ita pertinet ad bonitatem diuine miſe ricordie eoſdem per ſuffragia releuari. Proſunt ergo ſuffra-gia defunctis nō ad meritum vite/ſed ad abſolutōem pene. Et hoc vł ad penarum mitigationē vel ad celeriorem penarū liberationē. Sunt autem quatuor modi generales ſuffragiorꝫ/ ad quos omnes alie redu cuntur/ſcilicet oratio.ieiunium/elemoſina/et ſacramentum altaris quo rum numerus ſic accipitur. Quoniam defuncti poſſunt abſolui a pena duobus modis/ſcilicet per viam gratie/vel per viam iuſticie.Per viā gratie dupliciter fit. Primo per interceſſionem publicā capitis que ē in oblatōne ſacramenti altaris .Secundo per interceſſionē quaſi priua tam membrorum.ſcilicet per oratōes iuſtorum. Similiter per viam iu-ſticie dupliciter fit Primo per modū redemptionis pene.ſcilicet in ele moſinarum largitōe.Secundo modo per modū ſolutōnis pene. ſcilicꝫ in ieiuniorum afflictōne .Si autē queritur/quando incipiat valere de-functo illud quod pro ſe fieri mandauit. Dicēdum eſt ꝙ opus operāſ i.meritum actoris ſtatim cōſequitur mortuus de bonis que precepit ꝓ anima ſua fieri/ſed non opus operatū.i.fructū ipius opis/ quouſqꝫ o-pera fiūt.qꝛ primū valet ex merito abſoluto.ſed ſcōm ex merito condi-tionali

¶ Quorꝫ ſuffragia pſint et q̄bus Capitulum.iiij.

Ad hoc ꝙ valeant ſuffragia requiritur aliquid ex parte facien-tis.et aliquid ex parte mortui recipientis. Ex parte facientis requiritur ꝙ ſit in caritate.et ꝙ intentionē ſuam dirigat ad il los quibus vult vt opa ſua pſint.Diſtinguendū tamen ē hic/ ꝙ ſuffragia ꝓ malū poſſunt fieri dupliciter.Vel vt per auctorē. et ſic

non pꝛoſunt niſi foꝛte per accidens·ſcꝫ inꝙtū per elemoſinas mali hominis excitantur boni pauperes ad oꝛandū pꝛo defunctis·Vel vt per miniſtrū·et hoc dupliciter·vel quia facit ea vt miniſter publicus dei ⁊ eccleſie/ſicut quādo ſacerdos malus celebꝛat miſſam· vel agit exequias moꝛtuoꝝ/et talia ſemper ꝓſunt/quia malicia miniſtri non nocꝫ operi boni actoꝛis · ſicut patet in dn̄o iuſto dante elemoſinā per malū ſeruum· Si vero facit ea vt miniſter pꝛiuate perſone exiſtētis tamē in caritate ſiue defuncti ſiue alterius·et talia ſemper ꝓſunt·quia licet opuſ iſtud ſit moꝛtuum quo ad miniſtrū·non tamē quo ad actoꝛem· Sed ſi malus miniſter facit aliqua de mandato eius qui nō eſt in caritate nō pꝛoſunt· Aliquid etiā exigitur ex parte recipiētis ad hoc ꝙ ſuffragia ꝓſunt illi·Pꝛimum eſt ꝙ ipſe ſit in caritate Vnde non valent his qui ſunt ī inferno·quia ſunt a coꝛpoꝛe xp̄i miſtico ſeparati·Vnde nulla ſpiritualis influentia peruenit ad eos· ſicut nec influentia coꝛpalis valet membꝛis a coꝛpoꝛe ſeparatis· Secundum eſt indigentia·Vnde nō valent beatis/quia non ſunt adhuc ī via ſꝫ in termino ·nec poſſunt ad altioꝛa conſcendere/ſed potius ecōuerſo illoꝛū ſuffragia pꝛoſunt nobis vtrūqꝫ eſt in hijs qui ſunt in purgatoꝛio ſcꝫ caritas et indigentia· Vnde ſicut homo poteſt ſatiſfacere pꝛo alio viuente qui per ſe non valet ita poteſt etiam ꝓ defuncto ¶Nota ꝙ ſuffragia defūctis pꝛoſunt ſ̃m magis et minus pꝛo diuerſitate meritoꝛum in moꝛtuis·vel pꝛo caritate viuoꝛum qui magis ſollicitantur ꝓ aliquibus ꝙ̄ ꝓ alijs· Illa enim ſuffragia que ſpecialiter fiunt pro aliquibus plus valent illis ꝙ̄ alijs· licet etiam alijs aliquo modo comūicētur · Suffragia vero que cōmuniter fiunt pꝛo defunctis quāuis omnibus pꝛo modulo ſuo pꝛoſint· Illis tamen amplius qui dū eſſent in ſtatu vie magis meruerunt vt ſibi pꝛodeſſent · Quāuis autem vt dictum eſt ſuffragia non ꝓſint hijs q̄ ſunt in celo·nec illis in inferno·tamen aliquo modo pꝛoſunt etiam illis·Vn̄ notandum ꝙ ſuffragia valent illis qui ſunt in purgatoꝛio ꝑ modum purgationis·valent ſaluatis in celo per modū cōiunctionis·quia multiplicatio ſaluandoꝛum augmentat gloꝛiā accidentaleꝫ·Valent damnatis in inferno per modū diuiſionis quia quanto plures ſaluantur ꝑ meritum eccleſie/tanto paucioꝛes damnabuntur/ et ita minoꝛ erit pena ꝑ ſubtractionem conſoꝛtij illoꝛum· Valent etiam ipſis facientibus ꝑ modum meriti·Qd̄ pro paruulis moꝛtuis celebrant̄ miſſe defunctoꝝ hoc nō fit ꝓpter eoꝝ indigentiā cum ſtatim euolent ad celum/ſed ꝑ gratiarum actōne·

¶Vtrum indulgentie valeant pꝛo defunctis Capl'm·v·

Papales indulgentie ꝓſunt defunctis in purgatoꝛio/vt patet/quia crux datur aliquādo ꝑ duabus vel quatuoꝛ vel decē animabus. In eccleſia enī eſt theſaurus meritoꝝ tā xp̄i ꝙ̄ ꝑfcoꝝ

de quo ſolus papa qui claues habet hui⁹ theſauri ꝑ neceſſitatibus ec
cleſie poteſt accipere et diſpenſare. Alij aũt ſicut epi nõ habent in hijs
poteſtatẽ generalẽ. ſed limitatã et nõ niſi ꝑ ſummi põtificis diſpenſati
onẽ. Dicẽdũ ergo ꝙ papa ꝓprie nõ abſoluit defũctos a pena. ſed qua
ſi ꝑ eis ſoluit de cõi theſauro eccleſie ſicut aliter liberat creditor debi
torẽ dũ a debito eũ abſoluit et aliter amicus debitoris dũ pro eo debi
tũ ſoluit. Sed viuentes vtroqꝫ modo abſoluit papa. Illis autẽ quib⁹
dantur indulgentie nõ poſſunt eas vlterius dare nec viuis nec defun-
ctis. et hoc duplici ratione. Primo quia indulgentia nõ eſt donũ col-
latiuum gratie/ ſed priuatiuum pene. Priuatio autẽ cum nihil ſit alijs
cõmunicari non poteſt. Secundo quia dare indulgentiam auctoritatis
et iuriſdictõnis eſt quam nõ habent layci eo ꝙ indulgentias recipiũt.
Unde non poſſunt impendere defunctis indulgẽtiam per auctoritatẽ.
ſed ſolũmõ boni operis vel ſuffragiũ ꝑ caritatẽ. Papa vero vtrũqꝫ pt.

De aduentu anticriſti. Capitulũ. ·vj·

Anteꝙ veniat dñs ad iudiciũ regni romani fiet defectio. Nam
ſicut dicit gloſa ſuper apl'm. Pri⁹ erit diſceſſio ab vtroqꝫ im
perio/ qua impleta aderit antixp̃us. Hic ex parentũ ſeminibus
concipietur. ſed poſt conceptũ deſcendet ſpũs malignus in vterum ma
tris/ cui⁹ virtute et operatõe deinceps puer naſcetur et aletur ac ado
leſcet. propter quod filius perditõnis dicit̃. Naſcetur aũt in babilonia
de tribu dan. ſicut dicit gloſa ſuper Apo. Poſt hoc veniet in Jheruſa
lem. et circumcidet ſe dicens iudeis ſe eſſe xp̃m illis promiſſum. Unde
plebs iudaica ſpecialiter adherebit illi. ſicut dicit Haymo ſup Apoc.
Donec helya et enoch predicãtibus qui ex illis ſaluãdi fuerint ad cri
ſtum reuertantur. Angelus bonus primo deputabitur ad cuſtodiã an
ticriſto. ſed quando ita obſtinabitur in peccato ꝙ dicet ſe eſſe deum. et
extollit ſe ſupra omne quod dicitur deus aut colitur ſicut dicit Apoſto
lus. Tunc primo deſeret eum angelus ex toto. nec habebit eum poſtea
ad ꝓmotionẽ/ ſed ad accuſationem

De mala vita anticriſti Capitulum ·vij·

Anticriſtus erit luxurioſus et in cõcupiſcentijs feminarũ. vt di-
citur Danielis. xj. In aperto tamen per ypocriſim ſimulabit
ſanctitatem/ vt facilius decipere poſſit. Cor autem ſuum per
ſuperbiam magnificabit. Et ſicut dicitur Danielis. viii. Contra prin
cipem principum conſurget. id eſt contra deum/ vt dicit Gloſa ſuper
Daniel'. vij. In tantam eleuabitur ſuperbiam/ vt leges et ceremonias
mutare conetur. vel etiã curſus temporum. Tãte quoqꝫ p̃ſumptõis e-
rit ꝙ non putabit ſe a deo puniendũ propter hoc ꝙ iudicium differt̃.
Pſal. Auferuntur iudicia tua a facie eius. Erit etiam blaſphemus/ ſi
cut dicitur in Apoca. xiij. Unde Daniel'. viij. Sermonẽ ꝯtra excelſũ loqt̃

Ad maiorem autem dei cõtumeliã faciet ymaginẽ ſuam adorari.ꝛ om-
nes ſuo caractere ſignari in manu dextra.et in frontibus ſuis\ſicut ha
betur Apoca.xiij. ca. Confitebitur enim ſe filium dei verũ et filiũ ho
minis\ita vt in templo dei ſedeat tanꝙ ipſe ſit deus.et ſe faciet' ado-
rari. Judei nanqꝫ templũ quod romani deſtruxerãt reedificabunt Af
firmabit etiam nullum ante ſe fuiſſe xpianum.ſed omnes antixpos fu-
iſſe.Dicitur in gloſa ad Theſ.ij.ꝙ ſicut in xpo omnis plenitudo diui-
nitatis habitauit.ita in antixpo omnis plenitudo iniquitatis\qꝛ in ipo
erit caput omnium malorum.ſcilicet dyabolus.

De quatuor modis quibus decipiet Capitulum.viij

M Erito cõpatur anticriſtus in Geneſi Ceraſti\qui eſt ſerpẽs cor
nutus\quia quatuor cornibus armabitur.ſcilicet calida pſua-
ſione\miraculoꝝ operatõne.donorum largitione. tormentoꝝ exhibitõ
ne.Primus ergo modus ſubuertendi homines erit calida perſuaſio.
Predicabit enim legem nouã prauam eſſe\et legem xpi ꝓpoſſe deſtru
et. Predicatores quoqꝫ ſui diſcurrent per vniuerſas mũdi parteſ.Im
pedient nihilominus apti anticriſti ne ſcriptura ſꝫm veritatem expona
tur a catholicis doctoribus vel a fidelibus audiatur.Ipſi autẽ bonos
ſe ſimilabunt\et tamẽ mala ſuadebunt. Secundus modus ſubuertẽdi
erit per falſa miracula.quia per artẽ magicam faciet illa. Unde Glo-
ſa ſuper Apoca.xiii. Magica arte faciet ſtatuam loqui.ꝛ futura predi
cere.Faciet etiam ſicut legitur Apoca.xiii.ignem de celo ad terrã de-
ſcendere. Gloſa.i .malignum ſpiritum faciet ſuper ſuos deſcẽdere\vt
loquãtur varijs linguis. Spiritus enim malignus deſcendet in eos in
cõſpectu hominũ\ ſicut ſpiritus ſanctus deſcendit in apoſtolos criſti.
Unde ſe meliores iactabunt eſſe apoſtolis criſti.qui ſpiritũ ſanctũ ac-
ceperunt in cõclaui.Item per artem magicã ſimilabit ſe mortuum .et
feretur a demonibus in aera quaſi aſcenderit in celum.et ſic putabitur
a mortuis reſurrexiſſe. qui prius mortuus per triduum putabatur. et
tunc mirabuntur populi et adorabunt eum atqꝫ laudabunt.Eccleſia ve
ro tunc non faciet miracula.De hoc modo decipiendi dicitur in Pſal.
Inſidiatur in abſcondito quaſi leo in ſpelunca ſua.Gloſa. Recte anti-
criſtus comparatur leoni exiſtenti in ſpelunca .quia in eo vis et dolus
operatur .Uis enim per leonem.dolus vero per ſpeluncam intelligit
Gregorius dicit.Penſemus que erit humane mẽtis illa temptatõ qñ
pius martir\ et corpus tormentis ſubijcit \et tamen tortor ante ocu-
los eius mirabilia facit. Sicut enim anticriſtus finget ſe a mortuis
reſurgere .ita quoqꝫ ſe finget ad celum aſcendere. Apocalipſis. tre-
decimo.Et plaga mortis eius curata eſt. Gloſa. Arte magica aſcen-
det antixps in aera ferẽtibꝰ eũ demõibꝰ.Faciet quoqꝫ arbores ſubito
florere et areſcere .mare turbari .naturas in diuerſas figuras mutari

Mortuos etiam in cõſpectu omnium ſuſcitabit· Tercio decipiet per mũ
nera· Ipſe nanqꝫ anticriſtus inueniet theſauros abſconditos per quoſ
ad ſequendum ſe inclinabit plurimos· Ditabit enim diuites huius ſe
culi·et tunc eorum falſam felicitatẽ ad decipiendum alios oſtentabit·
Quarto compellet per minas et tormenta quos aliter vincere non po
terit·Tanta vero ſicut ait dominus tunc erit tribulatio vt in errorẽ du
cantur ſi fieri poteſt etiam electi· Et hoc innuitur in Apoca· vbi dicitᷓ·
pedes eius ſimiles auricalco\ſicut in camĩno ardẽti· per pedes vltima
criſti membra·per caminum vero tribulatio vehemens deſignatᷓ· Ex-
hibebit enim cuncta que in precedentibus martiribus ſunt impleta ge
nera tormentoꝝ· Sed in illis religionibus tunc fideles ſunt vehemen
tius vexandi vbi dominus fuit crucifixus· Et ſicut dicit Haymo·ſuper
Apoca· Illa temptatio non per partes\ſed ſimul totũ examinabit mũ
dum· Soluentur enim demones qui modo ſunt ligati\nec poſſunt noce
re quantum vellent· Fideles illo tempore non p̄dicabunt\ quia tanꝙ̃
excõmunicati habebuntur boni·nec vendetur eiſ\nec emetur ab eis q̄c
quam niſi habeant caracterẽ.i·ſignum aliquod ad litterã vt adheren-
tes ſibi cognoſcantur et alij interficiantur· Aut nomen beſtie·ideſt cõ-
feſſionem oris· Aut numeruꝫ nominis eius·id eſt multiplicationẽ ope
rum·ut habetur in Apoca· Sicut autem anticriſtus crudelior erit omĩ
bus perſecutoribus\ita ſancti tunc temporis fortiores erunt omnibus
retro martiribus·

De ſequacibus antixp̄i· Capitulũ· ix·

Predictis quatuor modis anticriſtꝰ ſibi multos attrahet· Vñ
Apocalip·xij. Cauda eius trahebat terciã partẽ ſtellarum ce
li\et miſit eos in terram. Trahet autem malos ꝑ munera·bo
nos per tormenta·ſimplices per predicationẽ et miracula ·qui enim iu
ſti et ſancti credebantur adherebũt illi ꝓ ſuo arbitrio voluntatis· Ha
bebit igitur ſecum magos et maleficos reges quoqꝫ ⁊ principes· Vñ
Apoca·xiij· Vidi de mari beſtiam aſcendentem · Gloſa.id eſt anticri
ſtum habentem capitã ſeptem·i·principes vniuerſos·⁊ cornua decẽ·id
eſt eos qui impugnant decalogum· Nota igitur ꝙ anticriſtus pri-
mo veniet in benignitate \et miraculorum operatione\et tunc a iudeis
ſuſcipietur qui ei ſpecialiter adherebunt · Ad quorum conuerſionẽ ve
niet enoch et helyas· Et tunc anticriſtus in apertam perſecutionẽ cõ-
ſurget ·

De gog et magog· Capitulum ·x·

De gog et magog dicunt quidã ꝙ ſunt decẽ tribus vltra mon
tes capſios clauſe·tamẽ ita ꝙ bene poſſent exire ſi ꝑmitterẽtᷓ
ſꝫ nõ ꝑmittũtᷓ a regina amazonũ ſub cꝰ regno ⁊ ditõe viuunt·

Has dicunt iudei in fine ſeculi exituras et venturas in iherulalem. et cum ſuo meſſya eccleſiam deſtructuras. Alij dicunt ꝙ per gog et magog intelligitur exercitus antixp̄i\qui in fine ſeculi veniet eccleſiā expugnare. Per gog ſcd̄m gloſam illi ꝑ quos latenter dyabolus perſequitur fideles. Per magog autem illi per quos aperte vel idem q̄ prius tempore anticriſti occulte\et poſtmodum aperte eccleſiam perſequētur. Secundum Auguſtinū gog refertur ad gentes. magog ad dyabolum. quia gog occultatio interpretatur. magog detectio.

De helya et enoch. Capitulum xi.

INter occultum aduentū anticriſti\qui eſt per natiuitatem\ et manifeſtum eius aduentū\qui eſt per predicationem\et apertam perſecutionem venient helyas et enoch et conuertēt\ vt dicitur Malachie vltimo. corda patrum in filios. Gloſa. ad inſtructionem poſterorum de fide ſaluatoris in quem et ipſi crediderunt. Et corda filiorum ad patres eorum. Gloſa. quia ſuſcipient fidē quam illi habuerunt. Unde iudei et xp̄iani pari tunc religione in criſtum conſentient. De eorum predicatione et ſancta cōuerſatione dicit̄ Apocal'. xi. Dabo duobus teſtibus meis ſcilicet helye et enoch. et ꝓphetabunt. i. predicabunt diebus mille ducentis ſexaginta ſex. Gloſa. i. tribus ānis ſicut ipſe criſtus predicauit. Amicti ſaccis. i. predicantes penitentiā et exemplū oſtendentes. Hi ſunt due oliue. i. ſpiritu ſancto vncti\ et duo candelabra. i. dantes lumen alijs. Tandem anticriſtus occidet eos in iheruſalem\et iacebunt corpora eoꝝ in plateis tribus diebus et tribus noctibus\et dimidio\ quia nullus audebit corpora eorum ſepelire propter metum anticriſti. Occiſores autem eorum valde leti erūt ꝓpter mortem eoꝝ. poſt dies tres et dimidiū reſurgent\et occiſores eoꝝ audiēt vocem talem. Helya et enoch aſcendite huc. et aſcendent in celū in nube. Anticriſtus vero quindecim diebus regnabit poſt mortem illoꝝ.

De duratione huius ꝑſecutōis Capitulum. xij.

REgnabit anticriſtus\ ſicut dicit Gloſa ſup̄ Apoca. tribus annis et dimidiū. Unde Danielis. xii. Jurauit angelus per viuentem ineternuꝫ. quia in tempus ſcilicet vnius anni\ et tempora ſcilicet duoꝝ annorum et dimidiū temporis. i. dimidij anni. Gloſa Hoc ſpacio dicitur duratura deſolatio ſub anticriſto ꝛc̄. Niſi autem vt dicitur in Matheo. abbreuiati fuiſſent dies illi. non fieret ſalua omnis caro. Grego. Quia eniꝫ et ſuperbos nos et infirmos aſpicit de⁹ quos ſingulariter malos intulit miſericorditer breuiatos dicit ꝛc̄. Et glo. ſup̄ Math. dicit. Hec tribulatio quanto ceteris grauior. tāto breuitate moderatior

De morte anticriſti. Capl'm. xiij.

P Oteſtate ſua dominus occidet antixp̄m· Sicut dicit gloſa ſup
Apoca·ſiue per ſe ſiue per michaelem ·Occidet autē in monte
oliueti ī papiliōe et ī ſolio ſuo in loco illo circa quē dn̄s aſcēdit
Interfecto anticriſto non ſtatim veniet dominus ad iudiciū· ſed ſcdm
gloſam ſuper Danielem concedentur·xlv·dies ad refrigerium ſancto-
rum\et ad penitentiā ſubuerſorum· Quantum autem ſit ſpaciū inter
illos·xlv·et finem mundi nemo ſcit· Miniſtri vero antixp̄i poſt mortē
illius gaudebunt ducētes vxores et dicentes · Licet princeps noſter
mortuus ſit\tamen habemus pacem et ſecuritatē·et cum talia dixerint
repentinus eis ſuperueniet interitus · Judei vero tunc conuertent ad
fidem·et ſancta eccleſia vſq3 ad finem mūdi pacificata cōquieſcit·quia
extunc fraudulentia dyaboli penitus deficiet·

De conflagratōne mundi Capitulum ·xiiij·

I Gnis precedet faciem iudicis permaximus\ quia virtute di-
uina non ſolum ignis qui eſt in ſpera ſua\ſed etiam omnes ig
nes ꝛ qui in terra et qui ſuper terram ſunt concurrēt ad mun
di conflagratōem· Iſte autem ignis habebit officium quatuor igniū
ſcilicet ignis infernalis reprobos puniendo·et ignis purgatorij bonos
a venialibus purgando·et ignis terreſtris vegetabilia et ſenſibilia cō
ſumendo·et omnium hominū corpora incinerādo·et ignis elementaris
elementa ſubtiliando\et ad innouatōnem diſponendo · Per illum igit
ignem ita terre ſuperficies exuretur\ ꝙ figura huius mundi peribit·
ſicut et olim factum fuit per diluuium· Et primū dei iudiciū merito fu
it per aquam cōtra ardorē luxurie\que tunc viguit · Ultimum vero iu
dicium erit per ignem cōtra teporem caritatis\ que tunc quaſi ſeneſcē
te mundo frigeſcit· Ignis iſtius actio erit ſucceſſiua· Habebit enim ini
tium mediū et finem· Primo nāq3 iudicis aduentū preueniet\et quaſi
ſimul fiet per illum ignem purgatio iuſtoꝝ et punitio maloꝝ\et corpo
rum incineratio cum cōſumptōne terrenaſcentiū ſicut dictū eſt· Quo fa
cto ſtatim erit reſurrectio eorum corpoꝝ cum aduentu iudicis ad iudi
cium·et tunc inflammabitur totus mūdus per circuitū · Terminato ve
ro iudicio tota caliditas illius ignis exequitur ſententiam iudicis· In
uoluet enim peccatores et trahet in infernum·et ita patet ꝙ ignis ille
aduentum iudicis precedet et concomitabitur et ſequetur· Poſt predi
cta fiet mundi innouatio· Sed inter purgatōnem et innouationē multi
plex eſt differentia · Prima quia purgatio erit penalium qualitatū de
tractio·ſed innouatio erit pulcrioris forme inductio · Secundo qꝛ pur
gatio eſt elementoꝝ ab impuritate quam habent ex cōmixtione muta-
tio· Innouatio vero eſt celorū a ſtatu veteri in ſtatū nouū cōmutatio·et
hoc p ceſſatōz a motu In celis em̄ ꝓpter ipmixtōez nulla ipuritas ē ſ3
tm̄ impfectio mot9 Un̄ nō erit ī eis purgatō p ignē ſ3 ceſſatio a motu

Sic autem purgabuntur elementa ꝙ precidetur ab igne vis concupiſcibilis Ab aere obſcuritas. ab aqua glacialiſ frigiditas A terra vero grauitas et opacitas.

De reſurrectōe generali. Capitulum. xv.

Deus ſicut eſt potentiſſimus in cōſtitutōne naturarū/ ita eſt clementiſſimus in collatōne gratiarū/ et iuſtiſſimus in retributōne ſtipendioꝝ Quoniam igitur homo meruit vel demeruit in anima ſimul et corpore punietur/ vel premiabitur in vtroqꝫ. Unde in eiſdem oportet ipm reſurgere. Ad vocem autē tube reſurgent mortui ſicut dicit apoſtolus Dupliciter autem intelligitur illa vox Nam ſm quoſdam vox tube eſt manifeſta criſti apparitio Unde Grego. Tubaꝫ ſonare nihil aliud eſt ꝙ mundo iudicem filium dei demonſtrare. Reſurgent igitur omnes nulla in eis exiſtente differentia quantum ad ordinem temporis/ ſed magis ꝙtum ad ordinem dignitatis. Nam mali reſurgent deformes et paſſibiles. in bonis autem natura ſeruabitur/ et vicia detrahentur Omnes vero tam boni ꝙ mali reſurgent integri corpore debita ſtatura ſm etateꝫ plenitudinis chriſti. Reſurrectio igitur tria corriget in natura/ ſcilicet defectum/ ſicut in pueris et in mutilatis/ ſiue in diminuta natura membrorum Superfluum. ſcilicet vnguium/ crinium et huiuſmodi. Errorem/ ſicut in menſtruoſitate membroruꝫ Reſurgent quoqꝫ corpora eadem numero/ que prius erant ex eodem puluere in quem redacta fuerunt/ ita ꝙ in quaſcūqꝫ auras vel ſinꝰ puluis ille diſperſus fuerat ad eandē aīaꝫ redeat ꝗ ipſam primitus vt viueret et creſceret animauit/ nec ſolum reſurgent corpora quantum ad membra principalia. ſed etiam ſaluis capillis et ceteris membris que faciunt ad decorem Reſurgent enim homines quātum ad eſſe et quantum ad integrum eſſe/ et quantum ad decorum eſſe. Et reſurget vnum quodqꝫ corpus in optimo ſuo eſſe et primo. ¶ Duplex eſt mors anime per culpam/ et corporis per penam. His reſpondet triplex reſurrectō ſcilicet anime per gratiā/ et corporis per gloriam. et ſicut in primis parentibus mors culpe intulit mortem pene/ ita reſurrectio anime ꝑ gratiam cauſabit reſurrectōem corporis per gloriam. In reſurrectōe corporum concurrent quatuor cauſe/ ſcilicet efficiens. ideſt ipe deus. materialis/ ſcilicet pulueres. formalis/ ſcilicet coniūctio anime ⁊ corporis. finalis ſcilicet vt recipiat vnuſqꝫiſqꝫ prout geſſit in corpore ſiue bonum ſiue malum. Reſurgent tunc homines velociter/ integraliter/ ſocialiter et eternaliter. Erit illa reſurrectio iuſta quātum ad deum. perfecta ꝙtum ad reſurgētes/ et miraculoſa ꝙtum ad ipſam reſurrectōem.

De iudicio extremo Capitulum. xvi.

Poſt reſurrectionem ſtatim erit iudicium. ¶ Ipſum vero iudicium precedet trina citatio. Prima fuit per prophetas.

Unde vocaui et renuiſtis· Secūda per criſtum et ap̄los et p̄dicato-
res Luce·Miſit ſeruos ſuos hora cene ⁊c̄· Tercia erit p̄ vltimā vocem
tube\⁊ hec citatio erit pemptoria. Scd̄m Richardū triplex erit iudiciū
Primum eſt vniforme hoc eſt iudiciū preſentis eccleſie que nō iudicat
niſi de ſola qualitate retributionū et in genere tantū\ſcilicꝫ ꝙ bonā bo
nis et mala malis reddantur Et hoc in genere tantū ·ſecundum nume
rū et quantitatē retributionū neſcit Secundū erit multiforme\ſcilicꝫ ꝙ
quilibet experietur in morte accipiēdo ſentētiam de omnibus bonis vl̄
malis que geſſit Sed nō omnia bona vl̄ mala ſtatim recipit\q2 recipit
in anima tantū ⁊ nō in corpore Terciū dicit̄ omniforme\ſcꝫ vltimū iudi
ciū\quando ſcꝫ numerū et quantitatē recipiet quiſqꝫ bona vel mala in
corpe et in anima ¶ Vltimū iudiciū erit horribile ex omni parte\q2 ſu
pra erit iudex ſtrennuꝰ. ſubtus patens infernus. intus conſcientia re-
mordens.extra mūdus ardens\a dextris peccata accuſantia.a ſiniſtriſ
demonia terrētia Circa illos boni angeli in infernū ꝓpellētes Ibidē
omnes ſancti ſentētiam iudicis approbātes ·et oēs mali cū bonis pec
cata damnandoꝝ cognoſcētes ¶ De qualitate iudicij nota\ꝙ erit hor
ribile Luce·Virtutes celoꝝ mouebūtur·Intollerabile Job· Quis mi
hi tribuat vt in inferno ꝓtegas me et abſcondas me donec ꝑtranſeat
furor tuus ⁊c̄· Ineuitabile Ap̄lus Omnes vos oportet manifeſtari an̄
tribunal ⁊c̄· Inoppinabile Ap̄lus. Dies dn̄i ſicut fur in nocte ita veiet
Inexorabile·Prouer. Qui obturat aures ſuas ne audiat vocem paupe
ris\clamabit et non exaudietur ⁊c̄. Erubeſcibile. Ap̄lus·Quem fructū
habuiſtis tunc in illis in quibus nūc erubeſcitis· Predicta vero erube
ſcentia erit in duobus Primo in veniēdo ad iudiciū\q2 mali cū habeāt
corpora ponderoſa oportet eos illuc portari ab angelis\ſicut abacuc
portatus fuit ad lacū leonū in babilonā Secūdo inſtando corā iudice
quia peccata eoꝝ erunt omnibus manifeſta Unde illud·Reuelabo pu
denda tua\et oſtendā populis nuditatē tuā ⁊c̄ ¶ Locus iudicij erit in
valle ioſaphat\et hoc multiplici ratione Primo quia locus iudicij de
bet eſſe cōmunis.ſed iherusalem et terra adiacēs videtur eſſe cōmuniſ
cum ſit quaſi locus medius terre habitabilis ⁊c̄· Secūdo quia debꝫ eſ
ſe publicus. ſed locus predictus eſt famoſiſſimus\ꝓpter opa noſtre re
demptōis que ibi geſta ſunt et cetera Tercio cōpetit locus ille ratōne
negocij\quia tractandū eſt ibi opus miſericordie et iuſticie· Mons au
tem oliueti qui eſt apud vallem illā deſignat miſericordiam Ioſaphat
autem quod interp̄tatur iudiciū deſignat iuſticiā

¶ De iudicantibus Capitulum xvij·

Non ſolum ſecundum poteſtatem diuinam\ ſed etiam in forma
humana criſtus iudicabit\quia iuriſdictōe ordinaria iudicabit
vt deꝰ cū tota trinitate.ſꝫ iuriſdcōe delegata iudicabit vt hō

Unde notandum ꝙ quinqꝫ ſunt modi iudicandi Primus modus eſt
prime auctoritatis quo iudicabit tota trinitas. Secūdus eſt ſubaucto-
ritatis quo iudicabit xp̄us vt homo Tercius eſt aſſeſſorie dignitatis.
quo iudicabunt apoſtoli et ꝑfecti viri qui cū iudice eminentius inſide
bunt\et tanꝙ melius ſcientes leges et conſuetudines regni dei quibꝰ
totaliter implendis et ſciēdis opa dederūt Quartus eſt approbatōnis
quo iudicabunt ſancti et angeli. Quintus modus iudicādi eſt culpā iu
dicandoꝝ manifeſtare. ſic etiā mali iudicabunt. In iudicando criſtus
habuit oppoſitos actus. vnū ſcilicet actiue\et aliū paſſiue. Primus nā
qꝫ eſt infirmitatis et alius poteſtatis. In primo nāqꝫ aduētu xp̄us ve
nit ad iudicandū paſſiue. in ſecundo veniet ad iudicandū actiue. Prop
ter hoc in primo aduētu venit in forma infirma. in ſcđo apparebit ī for
ma glorioſa Hinc eſt ꝙ xp̄m in iudicio videbunt iuſti tā in natura di
uinitatis ꝙ humanitatis. a malis autem nullo modo forma diuina vi-
deri poterit\et hoc duplici rōe Primo ꝓpter defectū diſpoſitōis in ip
ſo vidente\quia natura ſine gratia nō ſufficit ad dei viſionē. Secundo
ꝓpter demeritū delectatōnis que eſt in viſione diuinitatis\ q2 videre
deum ſm̄ Johannē vita eterna eſt que non pōt cōmunicare reprobis
Ex predictis patet ꝙ criſtus apparebit blandus iuſtis\ſicut Greg. di
cit\et terribilis iniuſtis\quod ꝑfiguratū eſt in colūna nubis in die\ et
ignis in nocte. Videbūt enim mali hūanitatem criſti vt timeāt et non
diuinitatē ne gaudeant Boni aūt vtrāqꝫ naturam xp̄i videbunt. Stig
mata quoqꝫ criſtus mōſtrabit et inſignia paſſiōis ſcꝫ crucē\cla. ꝛc. Se
debit quoqꝫ criſtus ſupra in loco eminētiori cū ſanctis. mali vero ſub-
tus in terra quam dilexerūt. et merito tunc criſtus iudiciū exercebit.
tum quia noſcit merita ſinguloꝝ\cum ipē ſit in quo ſunt omnes theſau
ri ſapiētie et ſcientie abſconditi Tum quia non eſt reus de aliquo eoꝝ
ſuper quibus iudicabit. non enim fecit peccatū nec inuētus eſt dolus ī
ore eius. Et hec duo precipue decēt iudicē

De iudicandis Capitulum. xviij.

ORdines quatuor erunt in iudicio Quidem enim iudicabuntur
et damnabūtur\vt quoꝝ merita damnabilia ꝑmixta ſunt aliq
bus bonis ſicut illoꝝ qui habuerūt fidem ſine operibus. Qui-
dam iudicabūtur et ſaluabūtur\vt quoꝝ merita bona ꝑmixta ſunt ali-
quibus malis venialibus Quidā autem non iudicabūtur et damnabū
tur\vt quoꝝ mala merita omnino imꝑmixta ſunt bonis\vt qui carue-
runt fundamento fidei. Quidam nō iudicabūtur ſed iudicabūt et ſalua
būtur\vt quorum merita bona imꝑmixta ſunt malis. ſicut perfectorum
pauperum criſti\de quibus Math. xix. Vos qui ſecuti eſtis me ſedebi
tis ſuper ſedem iudicantes duodecim tribus iſrael ꝛc. De predictis q̄
tuor ordinibus nota ꝙ oēs homines iudicabūtur iudicio retributōnis

ſed nõn iudicio diſceptiõnis. Infideles enim\quia non fuerunt cives
civitatis tanq̄ hoſtes ſine ulla meritorum diſcuſſione ⁊ audientia dā
nabuntur. Fideles vero mali tanquam cives cum meritorum diſcuſſi
one ⁊ audientia punientur. Iſti autem non ideo iudicabuntur ut meri
ta eorum de novo diſcutiantur an bona vel mala ſint ſed ut bonorum
premia vel preeminentia omnibus manifeſtentur. Et ut circa melos
iuſta appareat ſententia damnationis. ¶ Due ſententie ferentur in iu
dicio. una pro bonis. alia contra malos. Sententia bonorum continet
ſeptem clauſulas. Prima eſt amabilis vocatio ibi. venite Secunda eſt
diuid benedictio ibi. benedicti. Tercia paterna dilectio ibi. patris mei
Quarta remunerationis retributio ibi. percipite. Quinta regni aſſig-
natio ibi. regnum. Sexta glorie preparatio ibi. quod vobis paratum
eſt. Septima eterna predeſtinatio ibi. ab origine mundi. ¶ Item ſen-
tentia contra malos continet ſex clauſulas. Prima a deo ſeparationē
cum dicitur. Ite. Secunda maledictionem ibi maledicti. Tercia incar
cerationis incluſiõem ibi. in. Quarta pene acerbitatem ibi. ignem. Quī
ta liberationis deſperationem ibi. eternum. Sexta demonum aſſociati
onem ibi. qui paratus eſt dyabolo ⁊ angelis eius.

¶ De innovatione mundi. Capitulum .xix.

Terminato vero iudicio ſtatim erit innovatio mundi. que nõ cõ
plebitur q̄diu peccator eſt in mundo. i. quouſq̄ retrudat̄ in
infernum. Sicut em̄ ille maximus ignis elementa purgabit cū
habeat virtutem expulſivam forme extrinſece. Sic mundum innova-
bit cum habeat virtutem ſubtilitativam. ¶ Mundum autem innovare
id eſt pulcriorem formam induere debere \oſtenditur multiplici rõne
Primo quia ſicut dignum fuit ut elementa purgarentur pro eo q̄ in-
fecta erant ꝓpter peccatum hoīs. ita dignum erit ut mundus inno-
vetur ꝓpter glorificacõem hoīs. Secundo ut creature remunerent̄
pro labore quo homini ſervierunt. Tercio ut totus mundus\ꝑut ē poſ
ſibile\conformetur homini glorificato. Quarto quia mundus factus ē
ut homo nunc per ſpeculum creature deum cognoſcat. quem in ſua na
tura videre non poterat. Unde in futuro oportet ſpeculum meliorari
⁊ purgari. ut in pulcritudine creaturaruꝫ amplius reſultet ſpecies cre-
atoris. Hoc autem non erit ad neceſſitatem quaſi deus aliter videri n̄
poſſit ſicut modo. ſed ad iocunditatem ut videlicet delectationi intel-
lectualis viſionis addatur delectatio viſionis ſenſibilis. ¶ Orbes ce-
leſtes ⁊ ſidera propter impermixtionem nullam habent impuritatem
ſicut habent elementa. ſed tantūmodo motum in perfectionem Et ido
innovabuntur. ſed non purgabuntur. Innovatio em̄ in illis duo requi
rit. ſcꝫ motus ceſſacõem\⁊ claritatem ſplendoris ampliorem. q̄n ſtabit
ſol in oriente. ⁊ luna in occidente\ſicut creati ſunt. Huius dicti hec eſt

ratio. Quia corpa superiora facta sunt ad vsum hominis dupliciter Vno modo ꝓpter necessitatem corporis scꝫ ad statum generationis. ꝛ corruptionis. Et ideo cessante illo cessabit motus. Alio mō ꝓpter delectationē in pulcritudine creature. ꝛ ꝓpter ꝯgnicōem dei in illis. ꝛ idō lux eoꝝ non cessabit sed augebiꝰ ¶ Circa elementa nota ꝙ terra erit sicut cristallus. ꝛ planabiꝰ. Aer erit clar or. nec habebit impssiones q̄s habet mō. qꝛ non erunt nubes nec venti nec pluuie nec ros nec grādo nec nix nec tonitrua nec fulgura. Ignis etiā ꝛ aqua fient puriores. et manebunt non solum ſm substantiā ſꝫ etiā ſm suas qualitates. quas quidem habebunt quantū ad habitum ſꝫ non quantū ad vsum Quia cū in duobus elementis magis vigeant qualitates actiue. scꝫ frigiditas in aqua. ꝛ caliditas in igne magis sunt generationis ꝛ corruptionis principium. Et talis effectus ipoꝝ nō erit ampliꝰ. Et ꝓpter hoc dicūꝰ interire. Vel ideo ſm alios dicunꝰ hec duo elementa interire. qꝛ dn̄s tunc intercidet in illis. Teste Basilio sup Psal. Vox dn̄i intercidētis flamam ignis. ita ꝙ calidum pstiuum ꝛ frigidum glaciale tendet inferius. Perspicuū aūt in aqua ꝛ lux in igne manebunt. qꝛ de omnibꝰ elementis ignobile tendet deorsum. sicut grossum terreum ꝛ opacum et tenebrosum ac huiusmōi. Patꝫ igiꝰ ꝙ celū ꝛ terra transibunt q̄tūꝫ ad formam sed non quantum ad substantiā. Ptꝫ etiā ex p̄dictis terminari transmutacōem elementoꝝ. ꝛ generacōem aīalium ꝛ plantaꝝ. qꝛ cause istoꝝ cessabunt. Propter ista dicūꝰ elemēta interire nō q̄tū ad subām ſꝫ q̄tum ad actōem ꝛ passionē. Corpa vero celestia habita quiete ꝛ lumie clariori dicunꝰ remunerari. Vertū illa q̄ sic dcīn est intereūt saluantur in homine qui similitudinē habet cū omni genere creaturaruꝫ ꝛ ꝓpter hoc in homis innouacōe ꝛ glorificacōe possunt dici omnia innouari et renouari

¶ De penis inferni. Capitulum .xx.

Sicut ptꝫ diuiā potentiā in creādo. sapiā in gubernādo ꝛ clemētia in repando. sic patebit eiꝰ iusticia in pumēdo. Dignū em̄ ē vt nō remaneat dedecꝰ peccati sine decore iusticie. Licet autē pc̄m̄ sit transitoriū. tn̄ pena erit ppetua multiplici rōne. Pria rō est qꝛ hō peccauit in suo eterno. ideo punietur in eterno dei iudicio. Secūda qꝛ materia ignis infernalis eterna est. scꝫ peccati macula. ideo ꝛ pena Tercia qꝛ pc̄m̄ est ꝯtra illum qui est infinitus. vn̄ ꝛ pena debet esse infinita. nō quidē acerbitate ſꝫ duracōe. Quarta qꝛ sicut hō p pc̄m̄ pimit in se bonū p quod posset viuere in eternū. sicut patebit in eternuꝫ dei iusticia in puniendo. Quinta qꝛ mala volūtas reproboꝝ eterna est Vellent em̄ in peccato si possent in eternū delectari Ideo ppetuo seu eternaliter debet puniri. Sexta qꝛ in infinitū errat ronalis cū ppōit finitū infinito in iudicādo. silr ꝯcupiscibilis in appetendo ꝛ irascibilis

in adherendo·vnde ⁊ pena erit infinita·Septima qꝛ damnatꝰ de pc̄tō ꝑpetrato nunq̄ habebit veram penitentiam·ideo deus nunq̄ mutabit punitionis ſententiā·Octaua qꝛ peccatum a vita perpetua ſeparat ſcꝫ a deo·ideo mortem perpetuam peccatoꝛ incurrit·¶ Poſt rationes inducantur exempla de eadem materia·Videmus em̄ ꝙ emptio momētanea dat ius poſſidēdi perpetuū·Item vulneratio momentanea moꝛtem inducit perpetuam·Item caſus in foueam eſt tꝑalis·detentio vo ꝑpetua·Item crimen leſe maieſtatis tempꝛale eſt·ſeruitꝰ vero ꝑpetua Item plaga temporalis eſt·liuoꝛ vero perpetuꝰ·Quoniā in pc̄tō ē delectatio cum ꝯtemptu merito p̄cipitat̃ peccatoꝛ in locū infimum ⁊ deſpectum·ac maxime a ſtatu glorie elongatum ſcꝫ in infernum·vbi a deſpectis rebus puniat̃·ſcꝫ a fetoribꝰ corpoꝝ mundanoꝝ·qꝛ in innouacōe mundi quicquid eſt ignobile in mundo ad locum penaꝝ confluet·et ibi horroꝛem carceris multiplicabit

¶ De diuerſitate penarum Capitulum ·xxi·

Cum in damnatis ſit diuerſitas peccatoꝝ\ erit etiam diuerſitas penaꝝ·Vnde cum in peccato ſit auerſio a creatoꝛe·⁊ conuerſio ad bonum ꝯmutabile·⁊ deoꝛdinatio voluntatis contra dictamen recte rationis·merito pena variabit̃ ꝓpter iſta·Vnde ꝓpter auerſionem fit carentia viſionis dei·Sed ꝓpter ꝯuerſionem fit pena materialis incendij·Propter inoꝛdinacōem aūt rationis ⁊ voluntatis erit pena vniuerſi·que ꝯſiſtit in afflictione varia ⁊ acerba atqꝫ eterna Ignis infernalis non omnes equaliter cruciabit·qm̄ ab eodem igne alij plus alij minus torquebunt̃·ſm̄ ꝙ plus ⁊ minus peccauerūt·Sicut ab eodem igne aliter vritur palea·aliter ⁊ aliter lignum·Quāuis aūt ignis ille ſit coꝛpoꝛeus·nec poſſit agere in ſpūm ipm̄ calefaciendo agit tn̄ in ipm̄ vt inſtrumentum diuine iuſticie ipſum ledendo·Et ille doloꝛ eſt maximus·Tum ꝓpter potentiam diuine manus illum ignem mouentis·Tum ꝓpter ſenſibilitatem patientis·Tum propter inmediationem ꝯiunctionis·¶ Infernus eſt locus tenebroſus cum ſit locus triſticie·Lumen aūt licet ſit delectabile·tn̄ lumen ingerit triſticiam per accidens ſcꝫ inq̄ntum oñdit aliquod triſte·quoniam in inferno erit aliquid obſcuri lumīs quo damnati videre pn̄t vnde doleant non vnde letent̃·Reprobi vident vſqꝫ ad diem iudicij gloriam beatoꝝ in vniuerſali non in particulari·qꝛ vident eos in magna gloria·ſed non in quali De hmōi vero viſione nō letant̃ ſꝫ triſtant̃·tū ꝓpter inuidiā aliene felicitatis·tū ꝓpter carentiā ꝓprīe btitudinis·Poſt iudiciū vero ad penas ꝓprias ita deflectet̃ eoꝝ ꝯſideracō·ꝙ gl̄am ſanctoꝝ nō cogitabūt vel hoc ipm̄ eis ſubtrahet̃ in penā eoꝝ cū videbūt̃ huic gl̄oſo ꝯſpectui indigni reputari·In damnatis vero erit fletus ſpūalis·ſcꝫ doloꝛ interioꝛ·⁊ nō fletus coꝛpalis\ qui eſt cum reſolucōe lacrimaꝝ qꝛ ceſſante

motu celi iam nulla erit generatio vel corruptio. tunc erunt ibi etiam
illa que corporaliter nunc ſunt in fletu. ſcilicet compreſſio cerebri. ⁊ de
formatio faciei ⁊ huiuſmodi ¶ Vermis quem dominus comminatur
in euangelio nequaquã materialis erit. quia nullum animal/ preter ho
minem/ remanebit. Erit autem ibi vermis conſcientie rodens animã
⁊ non corpus. In loco ſummo ſola eſt leticia. In loco infimo ſola triſti
cia. In medio id eſt in mundo hec ſunt modo permixta ¶ Poſt diem
iudicij tantummodo tria loca erunt inhabitata. ſcilicet infern⁹ celum
⁊ lymbus. Quot ſint loca penalia require libro quarto de deſcenſu cri
ſti ad inferos. ¶ Octo genera penarum in lege eſſe conſcripſit Tulli⁹
ſcilicet dampnum. vincula. verbera. talionem. ignominiam. exilium. mor
tem. ſeruitutem. Hec omnia poſſunt penis infernalibus adaptari Pri
mum patet quia damnati amiſerunt deum/ ⁊ omnia bona tam gratie
ꝙ glorie. non ſolum in re ſed etiam in ſpe. Iſayas. Non manebit te-
ſta ad hauriendum pauxillum aque de fouea ſcilicet diuine miſericor-
die. ⁊ igniculus de incendio ſcilicet caritatis. Quia ſm Ieremiam Fi
nita eſt eſtas. conſumata eſt meſſis. De ſecundo. Ligatis manibus et
pedibus ⁊c. De tercio prouerbiorum. Mallei percutientes impiorum
corda. Iſtud non intelligitur de malleis materialibus. ſed de diuerſi-
tate penarum quibus impij malleãtur. De quarto Apokalipſis. Quã
tum glorificauit ſe ⁊ in delicijs fuit tantum date ei de tormentis. De
quinto Ieremie. Facies combuſte vultus eorum. ymmo tam ignomino
ſum erit corpus peccatoris ꝙ anima reſumens ipſum ſtupebit quando
illud videbit. ⁊ vellet habere tale ſicut fuit quando dimidium erat cõ
meſtum a vermibus. De ſexto proijcite eum in tenebras exteriores ⁊c.
De ſeptimo Gregorius. Ibi mors ſemper viuit. Et hoc ſicut dicitur
in apokalip. erit mors ſecunda. De octauo Trenorum. Princeps proui
ciarum facta eſt ſub tributo ¶ Nota ꝙ damnati ſub tributo penarum
ſemper ſeruient. ⁊ tamen nunquam perſoluent. Ex predictis collige ꝙ
erit ibi/ calor ignis. ſtridor frigoris. tenebre fumus. lacrime interiores
aſpectus demonum. clamor imbroperiorum. Aripitas ſitis. fetor ſul-
phuris. vermis conſcientie. vincula. carcer. timor. dolor. pudor. inuidia
rancor triſticia. carentia viſionis dei. Ablatio ſpei omnis ſalutis. Ip-
ſum etiam eſſe ꝙ omnis creatura appetit/ pena eſt eis. quia querent
mortem ⁊ non inuenient. Ibi erit/ vt ait Dyoniſius. proterua fantaſia
demens concupiſcentia. ⁊ furor iraſcibilis

¶ De celeſti gloria Capitulum .xxij.

Vnumquodqȝ tanto perfectius eſt quanto magis coniungitur
eſſendi principio. Homo autem qui perfectum eſſe expectat/
duplicem habet finem vltimum. Vnum videlicet extrinſe-
cum. qui eſt beatitudo creata/ que nos in patria beatificat formaliter.

Alium habet finē intrinſecū. qui eſt beatitudo increata que nós beatificat effectiue. ſcz ipm deum. Prima beatitudo ſcz creata eſt tanꝙ finiſ in quo quieſcitur. Secunda vero ſcilicet increata tanꝙ finis in quo quieſcitur. Alio modo iudicabūt philoſophi de beatitudine. ſed male. Dicebant enim ſtoyci beatitudinē in virtute anime cōſiſtere. Perypatetici autem in cognitōe veritatis. Sed epycurici in voluptate. Nos aūt dicimus duplicem beatitudinem\ſicut prius dictū eſt. Deus remunerat ſuos ſm merita Apoſtolus. Vnuſquiſqz mercedem accipiet ſm ſuū laborem et ꝓpter merita. Job. gratiam ꝓ gratia. Math. Ite et vos ī vineam. Et ſupra merita. Vnde. Menſurā bonam et cō. ac coa. et ſup ef. da. in ſi. ve.

De dotibus in cōmuni. Capitulum xxiiii.

Dos in patria eſt illud quod immediate et primo aīam deo cōiungit. vt eſt viſio dilectio\comprehenſio. Sunt enim quedaz dona patrie\ſicut eſt ſapientia et intellectus\ que licet animaz deo coniūgant. non tamen ſine habitu medio. et ꝓpter hoc non dicūtur dotes\ſed anime premiatōnes. Dotes autem non appellantur dona q̄libet que dantur anime in introductōnem ſui ad gloriam. ſed dona precipua per que ad actū vite glorioſe diſponitur. ſicut et in preſenti non appellatur ꝓprie dos quodcūqz donum datū ſponſe in ſua traductione ſed donum precipuum de quo ſuſtentari debeat. Dotes ſunt duplices. quedam enim ſunt aperte anime quibus deo tāꝙ principium vite ſue ſine habitu medio cōiungitur. et per quas traducitur in amplexus ſponſi indiſſolubiles et fruibiles. Quedam vero dotes ſunt ex parte corporis quibus ipm corpus ſubijcitur anime tanꝙ principio vite ſue. ne per ipm anima ab actu glorie retardetur. Notādum etiā ꝙ dotes anime ſunt de premio ſubſtantiali. dotes autem corpis de premio accidentali. Criſtus dotes non habet\quia ſponſus eſt. Dos autem poſſeſſio ſponſe eſt que vſum eiuſdem habet poſt mortez viri ſui. Similiter nec angeli dicūtur habere dotes\quia cum in nuptijs conſenſus ſit animorum et vnio naturarū. Secundum non eſt in angelis licet primuz habeant. vnde et angeli non poſſunt dici ſponſe. ergo nec dotes habebunt ꝓprie. Spōſis carnalibus dantur tria. ſcilicet dos donatio ꝓpter nuptias\et parafernalia. Dos autem eſt donatio facta ſponſe ex parte patris\et hoc ad vſum ſponſi ꝓpter onera matrimonij. ſed ad poſſeſſionem ſponſe. In diuinis autem deus pater dat ſponſe dotē ad poſſidēdum. ſed ſponſo criſto ad gloriam et honorem. et non ad vſum\qz bonorum noſtrorum non eget. Donatio autē ꝓpter nuptias eſt que a ſpōſo datur ſpōſe. et hoc erit in futuro gaudium quod habebit anima in viſione criſti hominis. Parafernalia eſt quod habet ſponſa preter dotem\ſicut ſunt munera que ſibi dantur ab amicis ⁊ hmōi. Iſtud erit

in patria p gaudium quod habebitur de societate beatoꝝ\ꝛ de cógra tulatione felicitatis eorum.

De dotibus anime in generali Capitulum .xxiiij.

Dotes anime ſunt tres.ſcꝫ cognitio\dilectio\inheſio\ſiue tentio que a quibuſdam appellatur cóphenſio.a quibuſdam etiá frui tio. Harum dotuꝫ numerus multipliciter accipitur. Primo ex parte virtutum theologicarú\quia cognitio ſuccedet fidei. Dilectio ve ro ſiue inheſio caritati.comprehenſio autem ſpei. Accipitur alio modo ex parte potentiarú anime. Cognitio náqꝫ poteſt appropriari intelligé tie.dilectio voluntati.comphenſio memorie. Appropriantur etiam a q buſdam tribus alijs potentijs.ſcꝫ rationabili\iraſcibili \et concupiſci bili\ſed iſtud de concupiſcibili et iraſcibili et ſenſitiua non poteſt intel ligi.quia deus non eſt obiectuꝫ potentie ſenſitiue\ſed intellectiue. Poſ ſunt etiam predicte dotes accipi ſm tria que tribus perſonis appropri antur\ita vt comphenſio reſpiciat potentiam patris.cognitio vero ſa pientiam filij.et dilectio bonitatem ſpús ſancti. Circa iſtas dotes nota ꝙ cognitio ponit rei in ſe pñtiam .comphenſio ponit rei cótingenti am.dilectio ponit amantis ad rem amatá colligátiam.

De eiſdem in ſpeciali Capitulú. .xxv.

Prima dos anime eſt cognitio qua diuina eſſentia videbit ab omnibus tota\ſed non totaliter.ſcilicet put eſt infinita. Vide bitur tamen eſſentia diuina lympidius ab vno ꝙ ab alio. Et iſte defectus erit ex parte videntis et non viſi.quia idem erit viſú. Be atitudo nanqꝫ conſiſtit in perfecta opatione potentie altiſſime ſcilicet intellectiue.et circa obiectú altiſſimuꝫ ſcꝫ deú. Ex parte ergo obiecti cú ſit vnum ſimpliciſſimú nulla poteſt eſſe diuerſitas\ſed ex parte poten tie. Nam inquantum vna potétia magis erit perfecta lumine glorie ꝙ altera tanto pfectius opabitur circa vnú et idem ſubiectú.ſicut idé ſol diuerſimode a diuerſis aſpicitur.vel eadem lra a diuerſis legétibꝰ ſe cundú ꝙ oculus magis vel minus eſt diſpoſitus ad videndú Tribꝰ modis cognoſcitur aliquid.ſcꝫ ꝙ eſt.vel ſicut eſt.vel quid eſt. Primo mó cognoſcitur deus in via etiá a malis. Secundo modo videbitur in patria a bonis. Vnde Joh. Similes ei erimus.quoniá videbimus euꝫ ſicuti eſt.i.ſuam maieſtaté bonitaté.claritaté. Tercio modo nec a bonis videbitur nec a malis.nec in via\nec in patria\quia finitú nunꝙ capiet infinitum.ſed tantú ſecúdo modo ſicut dictú eſt. Videbimus deum in ſe\et deum in nobis\et nos in deo\et deum in creaturis\et creaturas í deo Cognoſcere auté deum in ſua eſſentia eſt viſio meridiana. Cogno ſcere vero creaturas in verbo eſt viſio matutina. Sed cognoſcere crea turas in ſe hoc eſt in pprio genere,appellatur viſio veſpertina. Vide bit em vnuſqſqꝫ cogitatóes alterius put vult ipe cogitás maifeſtare

Unde Grego. Uniuſcuiuſqȝ mentē ab oculis alterius cōrpulentia nō
abſcondet. Uidebūt itaqȝ iuſti deum vt gaudeant. Uidebunt glori=
am ſanctoꝝ vt guſtent. Uidebunt quoqȝ penas reproboꝝ\ vt de peri
culorum euaſione gratias agant. ¶ Ad ſciendū qualiter deus videat
ſine medio. Nota ꝙ triplex eſt medium. ſcȝ deferēs\obnubilans\et di
ſponens. Sine medio igitur deferēte videbitur deus. quia dei viſio nō
eſt per diſtantiā. ſed per preſentiā\cum ip̄e deus eſſentialiter ſit vbiqȝ
Uidebitur etiam ſine medio obnubilāte\quia tolletur ſpeculū et enig
ma\que ambo ſunt in via. Cum enim viſus noſter in pn̄ti non poſſit ꝓ=
ter debilitatem in tā excellenti luce figi\neceſſe eſt habere ſpeculū me
dium ſcȝ creature. Quia vero infinita eſt diſtantia inter ſpeculū et reȝ
viſam. ꝓpter hoc obſcure relucet ibi ſimilitudo. Unde videmus in eni
gmate. i. obſcure. Uidebitur quoqȝ ſine medio ſimulacri\quia deus co
gnoſcetur ſeip̄o\et non ꝑ aliquā abſtractam ſimilitudinē\ alias creatu
ra eſſet terminus\et deus non eſſet vere finis omniū. Non aūt videbi
tur deus ſine medio diſponente qḋ eſt gratia et gloria. Oportet enim
ꝓportionem eſſe inter viſibile et viſum. Hec autem diſpoſitio eſt ex par
te videntis. et non rei viſe. ¶ Sciendum ꝙ multiplex eſt mediū. Pri
mum eſt mediū peccati. yſaie. Peccata veſtra diuiſerūt inter vos ⁊ de
um noſtrū. Iſtud eſt mediū impioꝝ. Scḋm eſt mediū creature. Ap9.
Inuiſibilia dei a creatura mundi per ea que facta ſunt intellecta con=
ſpiciuntur. hoc medium eſt philoſophorum. Terciū medium eſt figu=
re. Apo. Omnia in figura cōtingebant illis. Iſtud fuit mediū patriar
charum et ꝓphetarum. Quartū eſt mediū ſcripture. Pſal. Declaratio
ſermonum tuoꝝ illuminat ⁊ intellectū dat paruulis. hoc eſt mediū the
ologorum. Quintū eſt medium fidei. Apoca. Eſto fidelis vſqȝ ad mor
tem. hoc eſt mediū fideliū quo tanꝙ in enigmate vident deū. Secūda
dos anime eſt dilectio. Sed inter dilectōem\virtutē et dilectōem do=
tem duplex eſt differētia. Una eſt ſm habitum\quia virtus eſt id eſt
ꝓprie ꝙ tranſit de ſtatu gratie in ſtatum glorie. Dos autem eſt qḋ ſu=
pra merita datur introductōe ſponſe. Alia eſt differeutia penes obie
ctum. quia licet obiectū vtrobiqȝ ſit deus. nō tamen ſm ꝙ deus. ſȝ erit
obiectum virtutis dilectōis\inquantum eſt ſumma bonitas. Obiectuȝ
autem dotis dilectōis inquantum eſt vnibilis in vnū ſpiritū. ¶ Nota
ꝙ fides et ſpes ſm rem euacuabūtur in patria. Caritas vero nec ſm
rem nec ſm actum euacuabitur ſed ſolummodo ſm modū. quia imꝑfe
ctio ip̄ius tolletur. Dicit etiam Aug. ꝙ fidei ſuccedet ſpes quā vide=
bimus. Spei vero ſuccedet beatitudo ad quā ꝑuenturi ſumus. Sed ca
ritati nihil ſuccedet. quia potius augebitur. Tercia dos aīe eſt compre
henſio\que eſt tentio viſi vel amati. vel eſt tentio veri ⁊ boni primi. Et
iſtud verum eſt prout comprehendere ſumitur ꝑ attingere. et nō circū

plecti diuinam immenſitatem.

De dotibus corporis in generali Capitulū. xxvi.

Vnaqueqȝ pars perfectius habet eſſe in ſuo toto ꝙ̄ per ſe. Vn̄ ſicut anima nunc a corpore corruptibili ſeparata perfectius habet eſſe ꝙ̄ ei cōiuncta. ſic in futuro re cōiuncta corpori incorruptibili perfectius habet eſſe ꝙ̄ modo ſeparata maxime cum non impediatur tunc a corpore ſicut modo. Quin potius de glorificatōe corporis habeat tūc gaudiū ſpeciale. Dotes corporis ſunt quatuor. Quoꝝ numerus ſic habetur. Nam ad hoc ꝙ corpus perfecte ſubiectū ſit anime nec eam impediat in opibus glorie quatuor requirūtur. Quoꝝ duo ꝑtinent ad ſenſum. duo ad motū. Quo ad ſenſuȝ duo requirūtur. Vnum vt ſit facile receptibile ſpecieꝝ ſenſibiliū ad qd̄ diſponit claritas. Alterum vt non ſit receptibile paſſionum ignobiliū. ad quod diſponit impaſſibilitas. Quo ad motum etiam duo requirūtur. Vnum eſt vt ꝑ cōtrariam inclinationē nō reſiſtat ſuo motori, ad quod diſponit agilitas. Aliud eſt vt corpora per que mouetur nō reſiſtant ei, ad quod diſpoīt ſubtilitas. Alia ſufficiētia talis. quia in homine quadruplex eſt cōpoſitio. Prima eſt qualitatū contrariarū. Hec compoſitio tunc erit perfecta quādo qualitates ita equantur vt nulla pugnet cōtra aliam. et hoc faciet impaſſibilitas. Secūda eſt compoſitō materie cū forma. Hec autem compoſitō erit perfecta quādo materia tota vincitur a forma. Penes hanc imperfectōem ſumiť ſubtilitas. Tercia eſt compoſitio corpis organici cū anima. Perfectio iſtius compoſitōnis eſt ꝙ omnia organa ſine impedimēto ſint mobilia ab anima. penes hanc ꝑfectōem ſumitur aiglitas. Quarta eſt compoſitio corporis cū ſpiritibus lucidis quibus mouetur corpus ab anima. et huic cōpoſitōni ſm̄ perfectum ſtatum reſpondet claritas. Tercio ſumitur numerus predictoꝝ ſm̄ ꝓprietates q̄ ſunt in elementis. Nam penes aque trāſparentiam ſumitur claritas. penes terre ſoliditatē ſumitur impaſſibilitas, penes ſubtilitatē ignis ſumitur ſubtilitas. Penes mobilitatē aeris agilitas. Quarto ſumuntur iſte dotes ſm̄ quatuor defectus quos habet corpus humanū a quatuor elementis de quibus componitur. Habet enim corpus humanuȝ ab igne caliditatem, et inde nigredinē. A terra groſſitiem. Ab aere paſſibilitatem. ab aqua frigiditatē, et inde tarditatem. ſed iſta tolluntur ꝑ quatuor dotes corporis. Xp̄us aſſumpſit quatuor dotes corpis an̄ paſſionem ſuam, ſicut dicit Hugo de ſancto victore. Claritatē in trāſfiguratione, agilitatem quādo ambulauit ſupra mare. ſubtilitatem in natiuitate. quia ſalua integritate virginali matris natus fuit. Impaſſibilitatem in cena, qn̄ corpus ſuum diſcipulis ad manducādū dedit. qd̄ intelligitur ſm̄ actum ⁊ non ſm̄ habitum. quia aliter derogaretur diuinis miraculis.

De eiſdem in ſpeciali Capitulum ·xxvij·

PRima dos corporis eſt claritas· Sed nota ꝙ dicitur ali=
quid clarum dupliciter· Aut quia peruiū\ſicut dicitur vitrum
clarum· Aut quia lucidū·ſicut dicitur ſtella clara· Corpus aūt
glorificatū erit peruiū et lucidū· vnde vtroqꝫ modo erunt clara corꝑa
Duo enim ſunt que nunc cauſant obſcuritatē in hūano corꝑe · Vnū eſt
materie impuritas· Alterū eſt luminis paucitas· Tunc vero tollet vtrū
qꝫ·ſcꝫ illa impura denſitas et obſcuritas que ex modicitate lumis eſt·
et ideo erunt corpora clariſſima· Nota ꝙ corpora ſepties erunt tam
clara ſicut ſol·quia dicit dominus ꝙ iuſti fulgebunt ſicut ſol· Sed te=
ſte yſaia· Erit lux lune ſicut lux ſolis·et lux ſolis ſeptēpliciter ſicut lux
ſeptem dierum· Sciendum quoqꝫ ꝙ corpora ſanctorū non equaliter
erunt clara \quia melior anima corpus habebit lucidius · Vnde licet
corpus criſti ſupra modum excellat claritatē·alioꝝ tñ in comparatōe
ſanctoꝝ poteſt claritas eius aſſimilari claritati ſolis\ſm illud· Vobiſ
timentibus nomen meum orietur ſol iuſticie·i·criſtꝰ · Sed claritas ſan
ctoꝝ poteſt reſpectu xp̄i cōparari lumini ſtellarum· Vnde apoſtolus ·
Stella a ſtella differt in claritate· Hoc eſt ꝙ ſancti pluſ vel minus lu
cent ſm differentiā meritoꝝ· Claritas vero pueroꝝ qui poſt baptiſ=
mum moriuntur anteꝙ venīūt ad annos diſcretōis comparari pōt lu=
mini lune·quia ſicut luna non habet lumen a ſe ſed a ſole·ita iſti nō ha
bent gloriam ex ꝓprio merito\ſed ex merito xp̄i · Baptiſmus enim ex
paſſione criſti habet efficaciam· Secūda dos corporis eſt impaſſibi
litas\que reſultat ex virtute anime ſuum corpus potēter continentis ·
ita vt a nullo exteriore agente valeat immutari Preterea ꝙuis cor=
pora ſanctoꝝ ſint compoſita ex contrariis·illa tamen contrarietas erit
ad omnimodam equalitatem et concordiam redacta· Dixerūt autē qui
dam ꝙ impoſſibilitas ſanctoꝝ reſultabit ex natura quinti corporis·ſed
hoc non eſt verum \quia nihil de quinto corpore venit in compoſitōem
materialem corpoꝝ inferioꝝ· Differentia eſt inter impaſſibilitatem
ſanctorum et ade in ſtatu innocentie\et puerorum in lymbo· Quia im=
paſſibilitas ſanctoꝝ erit non poſſe pati\ſed impaſſibilitas ade fuit poſ
ſe nō pati · Impaſſibilitas vero puerorum in lymbo erit nihil pati· et
hoc non eſt ex potentia reſiſtendi leſioni extrinſece\quam non habe=
bunt\ſed ex ordinatione diuine miſericordie\que non permittit eis ali
quid adhiberi per quod poſſent ledi· Ex quo patet ꝙ ſi tales pueri
poſt reſurrectionem in ignem ponerentur lederentur ab eo niſi obſta=
ret iuſticia diuina Secus eſt de corporibus glorificatis que ſi etiaꝫ in
infernum ponerentur nō lederentur· Subtilitas eſt tercia dos que

aufert groſſitiem corꝑis cauſatã ex materialitate ex ꝯpoſitõe q̃litatũ
Nota autem ꝙ duplex eſt ſubtilitas. Vna ſcilicet ex raritate partium
ſtantium non ꝓpinque. et ex tali ſubtilitate efficitur corpus facile diui=
ſibile\et non erit in corporibus glorificatis. Alia eſt ex perfecta victo
ria forme ſuper materiã\et hmõi ſubtilitatis eſt vnire. ſic celum dicit
ſubtile. Et hoc modo erũt corpora noſtra ſubtilia. ¶ Sciendum etiã ꝙ
ſicut duo corpora non glorificata non pñt ſimul eſſe in eodem loco. ſic
nec duo corpora glorificata. alioquin ſequeretur inconueniens. ſcꝫ ꝙ in
vno corpore glorificato eſſet potentia agendi et intrãdi partes alteri⁹
corporis. In alia vero eſſet impotentia reſiſtẽdi. Corpus vero glorio
ſum poteſt eſſe ſimul in eodem loco cum corꝑe non glorificato ſecundũ
dictum antiquoꝝ quorundã. quod tamẽ nec fides habet\nec auctoritas
et rõ demonſtratiua cõtradicit. Habẽt tamen aliquid apparẽtie per ſe
Nam ſicut in corporibus glorioſis ipa groſſities impedit ne duo cor=
pora in eodem loco eſſe poſſunt. quia vnũ alteri reſiſtit\ita groſſities ꝑ
glorie ſubtilitatem tolletur adeo ꝙ corpus non glorioſum nõ poſſit re
ſiſtere glorioſo. ita ꝙ corpora glorioſa penetrabũt alia corpora nõ illa
diuidendo. ſed ſubintrãdo manente diſtinctione dimenſionũ vtriuſqꝫ
corporis. Quarta dos corporis eſt agilitas\que tanta erit\ſicut ait
Augustinus\ꝙ ꝓtinus vbi vult ſpiritus erit et corpus. Verũtamen ſi
cut melior anima corpus habebit lucidius. ſic ⁊ agilius. ita tamẽ ꝙ vo
luntas ſanctoꝝ erit omnino cõiuncta ratõi. Vnde voluntas eorum nun
ꝙ appetet quod non debet. ſed voluntas anime melioris volet ratio=
nabiliter moueri corpus ſuũ citius ꝙ alterius. et ſpũs minoris glorie
non volet corpus ſuum tam cito moueri ſicut alterius. Vnde patet ꝙ
in omnibus verificabitur dictũ Aug. ſcꝫ ꝙ vbi volet ſpus\ibi erit et
corpus ¶ Queritur quare corꝑa ſint modo tarda et tunc agilia. hec eſt
ratio\quia nunc in corpore duplex eſt motor. ſcilicet naturã elemẽti p̃=
dominans\que mouet ad determinatũ locũ\et voluntas anime que mo
uet indifferenter ad quemlibet locũ. Nunc ergo corpora tarda ſunt ex
contraria inclinatione nature ad voluntatẽ. quia terra predominãs na=
turaliter deorſum trahit. In futuro autem natura erit totaliter ſubdi=
ta voluntãti. vnde et mouebitur corpus ad imperium ſpũs.

¶ De aureolis in generali Capitulum xxviii

Aureola eſt mentis ſpeciale gaudiũ veniens ex opere precellen
ti et priuilegiato ¶ Sciendũ aũt ꝙ ſicut ex gaudio eſſentialis
premij quod eſt aurea redundat in corpus quidam decor\qui
eſt gloria corporis. ita ex gaudio aureole reſultat aliquis decor ĩ cor=
pus\ut ſic aureola principaliter ſit in mente\ſed per quandã redundã
tiã fulgeat etiam in carne ¶ Sciendũ tñ ꝙ decor cicatricũ qui in mar
tirum corꝑibus apparebunt nõ poteſt dici aureola\qꝛ martires aliqui

cicatrices non habebunt/vtpote qui ſunt ſubmerſi/ vel famis media, vel ſqualore carceris interempti·et iſti tamen habebūt aureolam· Tribus generibus hominū debetur aureola/quod patet multiplici ratōne Primo ex operibus excellētiſſimis trium anime potentiarū· Excellētiſſimum autem opus rationalis eſt predicatio veritatis·Excellentiſſimū opus concupiſcibilis eſt obſeruatio caſtitatis virginalis·Excelleſitiſſimum opus iraſcibilis eſt perpeſſio mortis· Vnde patet ꝙ predicatoribus virginibus et martiribus debetur aureola· Secundo patet horū numerus et ſufficientia ex hoſtibus quos per pugnas magnificas vincimus·qui ſunt mundus/caro/demon·Martires enim vincūt mundum virgines carnem·predicatores dyabolū·quoniam non ſolū de ſe ſʒ etiam de cordibus alioꝝ eum expellunt·Tercio patet idē per victoriā triplicium paſſionum·Sunt enim paſſiones innate illate ⁊ in cordibus alienis/ſed paſſiones innatas ſuperant virgines· illatas vero martires· Illas autem que ſunt in alienis cordibus vincūt predicatoreſ·Quarto diſtinguuntur aureole ſm ea quibus criſto nobiliſſime cōformamur· Criſtus enim fuit doctor ſm ꝙ veritatē mūdo manifeſtauit· Fuit quoqʒ martir ſm ꝙ pro mundo paſſionem ſuſtinuit· Fuit etiam virgo ſm ꝙ puritatem ſeruauit· Quinto ſumuntur aureole ſm prefiguratōeʒ in teſtamento veteri·Tria nanqʒ habebant aureolas ſicut legitur in Exodo·ſcilicet altare incenſi·archa federis/et menſa ꝓpoſitōnis· Prima ſignat aureolam martirū/qui corpora ſua ſuper altare paſſionis immolauerunt· Secunda ſignat aureolam virginum·que ſicut archa federis auro fuit intus et extra decorata·ita virginitas mentē et corpus ornat Tercia ſignat aureolā predicatoꝝ· qui ſicut menſa ꝓpoſitōnis miſtrāt panes doctrine·Aureola diminutiuum eſt·et dicitur hoc in comparatōne ad auream· Vnde notandum ꝙ inter aureā et aureolā/et palmaʒ differentia eſt· Aurea enim eſt premiū ſubſtantiale quod methaphorice dicitur corona·Tuʒ ex parte meriti/quia non reſpōdet generi operis·ſed radici caritatis·tuʒ ex parte premij/qꝛ per hoc efficitur homo particeps diuinitatis/et per cōſequens regie poteſtatis·Tū etiam rōe perfectōnis quod ſignificat figura circularis·Aureola vero eſt premium accidētale/non tñ quodlibet accidētale/ ſed qđ reſpondet operi excellenti et priuilegiato·ſcʒ martirio/virginitati/et predicatōni·Palma eſt premium accidentale quod nec radici nec operi debetur ſed voluntati·Tale premium habuit ſanctus Martinus/eo ꝙ martirū deſiderauit·licet opus non fuerit ſubſecutum·Vnde cantatur de ipo· O ſanctiſſima anima/quam ſi gladius perſecutoris non abſtulit· tamen palmā martirij non amiſit· Hec autem palma nec aurea neqʒ aureola debet dici·

¶ De aureolis in ſpecie Capitulum·xxix·

Aureola prima debetur martiribus/in quibus ꝑfectiſſima vi-
ctoria eſt de impugnatõe exteriori. Et hec perfectio victori eõ
ſideratur ex duobus. Primo ex magnitudine paſſionis. qꝛ in-
ter omnes paſſiones illatas exterius precipue mors tenet locum. Et p̃-
terea dolor tactus omnibus aliis doloribus p̃eminꝫ. et ideo in hoc glo
rioſior victoria eſt. Secundo conſideratur ex cauſa pugne que ipe xp̃s
eſt. Pena enim non facit martirẽ/ſed cauſa ideſt mors. ¶ Sciẽdum ꝙ
in martirio nõ debetur premiũ ſed hoc quod ab exteriori affligitur. ſꝫ
ſꝫm hoc ꝙ voluntarie ſuſtinetur. qꝛ nõ meremur niſi per ea que ſunt in
nobis/et non per ea que ſunt extra nos/ſicut non demeremur niſi p ea
que ſunt intra nos. Quanto aũt illud quod quis ſuſtinet volũtarie dif
ficilius eſt voluntati ſuſtinere. tanto voluntas que ꝓpter criſtũ illõ ſu-
ſtinet oſtenditur firmiꝰ in xp̃o fixa. et ideo excellentius ei p̃miũ debe
tur. Aureola ſecunda debetur virginibus ꝓpter ſingularẽ victoriam/
quam de carne obtinẽt/contra quam cõtinue bellum geritur. Quamuiſ
autem et vidue pugnent cõtra carnem. perfectius tamen virgines tri
umphant/qꝛ nobiliſſimũ genus victorie eſt nunꝙ̃ hoſti ceſſiſſe. Illis
virginibus tantũmodo aureola debetur que ꝓpoſitũ habuerunt virgi
nitatem ꝑpetuo conſeruandi. Q̃uis hoc ꝓpoſitum fuerit interruptũ/in
tegritate tamen carnis manente dũmodo in fine vite inueniant̃ ad pri
mum ꝓpoſitum rediiſſe. quia virginitas mentis recupari poteſt ſed nõ
virginitas carnis. Si autem aliqua ut virgo carne/ que ſi ꝓpoſitũ nõ
habuit perpetuo virginitatem ſeruandi. non eſt tamen dubiũ quin ha
bitura ſit ſpeciale gaudium de incorruptõne corporis ſuper eſſentiale
gaudium. Sicut etiam innocẽtes de hoc gaudebunt ꝙ immuneſ a pec
cato fuerunt/Q̃uis peccandi oportunitatem non habuerint. Nota ali-
qua poteſt corrumpi carne/nec tamen aureolã amittit ſicut illa que vi
olenter opprimitur. Unde dixit lucia. Si in vitam me corruperis mer-
ces mihi duplicabitur ad coronam/quod non eſt intelligendũ de aure
ola duplicata. ſed quia premium duplex reportabit. Unum de virgini
tate cuſtodita/et aliud ꝓ iniuria quam paſſa eſt. ¶ Sciendum inſuper
ꝙ virginibus debetur fructus centeſimus. et hoc qꝛ celeſtem vitã du-
cũt/que ſignificatur per centũ. quia numerus ille de leua trãſit ad dex
tram. Viduis vero debetur fructus ſexageſimus. quia tales exercere
ſe debent in operibus miſericordie que ſignificantur per. lx. Coniuga-
tis autem debetur fructus triceſimus/quia talibus ſufficit implere de
calogum trinitatis. Ex ductu enim trinarii in denariũ fiunt triginta.
Unde verſus. Cum ſexageſimum fructum capiant viduati. triceſi-
mus dabitur vxoribus aſſociatis. virginee dabitur centeſimus inte-
gritati. Aureola tercia ẽ predicatorum. quia perfectiſſima victoria ob
tinetur ꝯtra dyabolũ quando aliquis non ſolum dyabolo impugnanti

cedit · ſed etiam eūm de regno ipſius expellit · ⁊ non ſolum a ſe ſed
etiam ab alijs· Nec etiam eſt dicendum/ vt quidam volebant/ ꝙ aure
ola predicatorum debeatur prelatis tantummodo · quibus competit
ex officio predicare ⁊ docere·ſed quibuſcunqꝫ qui exercent actum iſtū
licite· Prelatis autem non debetur hec aureola/ quamuis habeant of
ficium predicandi/ niſi actu predicent· Quia aureola non debetur ha=
bitui/ ſed actui pugne· Scd̄m illud Apoſtoli Non coronabitur niſi qui
legittime certauerit· Notandum quoqꝫ ꝙ predicare ⁊ docere cū ſint
actūs miſericordie inter ſpūales elemoſinas ꝯputanť

Enumeratio celeſtium gaudiorum   Capitulum ·xxx·

Vltimo celorum gaudia ſub epilogo numeremus·non quidem
ſingula generum ſed genera ſingulorum· Tot enim ſunt gau=
dia particularia que quilibet habet in ſe vel in alijs ꝙ ea ſoli
us dei noticia comprehendit ⁊ illi quos ſumma ſapientia voluerit ea
ſcire Tantum enim gaudebit quiſqꝫ de bono alterius quantum de bo
no proprio· Quod tamen non eſt intelligendum de intenſione gaudij·
ſed de numero gaudiorum· Tot igitur ⁊ tanta ſunt ibi gaudia ꝙ om=
nes ariſmetrici huius mundi non poſſent ea numerare Omnes geome
tri non poſſent ea menſurare· Omnes gramatici / dyaletici ⁊ rhetorici
non poſſent ea ſermonibus explicare·quia quod oculus non vidit nec
auris ⁊c· Gaudebunt igitur ſancti ſupra ſe de dei viſione · infra ſe de
celi ⁊ aliarum creaturarum corporalium pulcritudine· intra ſe de cor=
poris et anime glorificatione· Extra ſe de angelorum ⁊ hominum aſſo
ciatione· Deus omnes ſenſus ſpirituales ineffabili delectatione refici
et·cum ipſe obiectum omnium ſenſuum ſpiritualium ſit futurus · Erit
nanqꝫ deus ſpeculum viſui·cythara auditui·mel guſtui·flos tactui ·
Ibi erit candor lucis eſtiualis·amenitas vernalis·habundantia autū
nalis·requies hyemalis Ibi/ teſte Auguſtino/ fulget quod non capit
locus·ſonat quod non capit tempus·olet quod non ſperget flatus ·ſa=
pit quod minuit edacitas·ibi heret quod non diuellet ſocietas· Ibi/
ſicut ait Auguſtinus/ deus ſine fine videbitur·ſine faſtidio amabitur
ſine vatigatione laudabitur· Ibi videretur ſtulticia Salomonis ſapi=
entia· Ibi eſſet deformitas pulcritudo abſolonis Ibi eſſet tarditas ve
locitas Aſabelis· Ibi debilitas iudicaretur fortitudo Samſonis Ibi
eſſet mortalitas longa vita Matuſale Ibi paupertas eſſet regnum au
guſti· Ibi ſm̄ Augu·nihil obeſt·nihil deeſt·nihil effluit·nihil defluit
nihil eſt extra qd̄ appetať·nihil intra quod faſtidiať· Ibi ſm̄ Bernar
dum· Deus erit ratōni plenitudo lucis·voluntati multitudo pacis·me
morie continuatio eternitatis· Auguſtinus in libro de corporis et aīe

miſera vita dicit. O caro illem vitam amplecti debueraſ. vbi vita ſine morte. iuuentus ſine ſenectute. vbi lux ſine tenebris. vbi ꝭ aut ii m ſine triſticia. vbi pax ſine diſcordia. vbi volūtas ſine iniuria. vbi regnū ſine commutatione. Bernardus. Merces ſanctorum tam magna eſt ꝙ non poteſt menſurari. tam multa ꝙ non poteſt numerari. tam copioſa ꝙ ñ poteſt finiri. tam ꝓcioſa ꝙ non poteſt eſtimari. Aug9. Id quod ꝓmittit deus fide non capitur. ſpe non attingitur. caritate non ꝯpret endit. deſideria et vota tranſcendit. Acquiri poteſt. eſtimari non poteſt. pmia non deficiunt. Ibi nihil quod amatur deerit. ibi nihil deſideratᷣ quod non aſſit Illa beatitudo ſicut ait Aug9. in duobus ꝯſiſtit ſcʒ in neceſſaria preſentia omnis boni. et in neceſſaria abſentia om̄is mali. De iſta gl̃ia ſic loquitᷣ Aug9. O vita vitalis dulcis et amabilis et ſemper memorialis. vbi ſumma ſecuritas. ſecura tranquillitas. tranquilla iocūditas. iocunda felicitas. felix eternitas. eterna beatitudo. cui ſine fine viſio atqʒ laudatio deus. Ibi affluentia diuitiarum. influentia deliciaꝝ et confluentia humoꝝ. Deniqʒ de gaudijs celeſtib9 nota verſus M̄es cognoſcendo dotatur amore fruendo. Eſt ſubtile citum clarum corp9 patiens nil. Corpora ſanctorum. cita. libera. fortia. ſana. Pulcra voluptatis plena. ſed abſqʒ pati Senſus. amicicia. concordia. plena poteſtas Pax ſecura. decus. et gaudia ſunt animab9 Gaudia. pax. requies. liber et ſecura iuuentus. Non peccat ſapiens. ſanus. diues. redolens. laus. Aureolam martir. doctor. virgoqʒ meretur. Fructus centenus ſexagenuſqʒ tricenus. Virginibus viduis et coniugibus tribuetur ¶ Ex omnibus premiſſis collige quedam gaudia ſolum ſpectare ad animam quedam ad corpus. quedam ad coniunctum. que tñ felici fine quiſqʒ beatus ſm merita recipiat ſine fine Amen

¶ Explicit liber vltimus huius compendij.

Deo gratias.

Nota

Quidam senex (cum in Comitijs principes convenissent)
interrogatus, quid in hijs idoneum instituere deberent
et observare, Respondit, quatuor. Primum, Spiritus sancti
devote unanimiter implorare suffragium, secundum,
utterum in vivendo et scribendo ne omittere mo-
dum, Tertium reipublicae prosperitatem vel defectum
semper intendere et providere. Quartum ne quis
libet sciriam particularem suae voluntati dimittere.

EGo Thómas Dornberg de Memmyngen Decretorum
artiumqꝫ liberaliū doctoꝛ Et ꝯſulatus.inſignis ciuitatis
Spirenſis aduocatus.Multoꝝ ſtudioſoꝝ clericoꝝ pre-
cibus pluries inſtigatus Vt ꝯpendium theologice ve-
ritatis materias ꝯmuniores\magiſqꝫ neceſſarias ⁊ vti-
liores ad ordinem alphabeticum redigerem.Ac ex eiſdem regiſtꝝ de
bito ordine ꝯficerem.Matura ſiquidem ⁊ diligenti huiꝰ opis lectōne
ꝑhabita ꝯſideraui ꝙ pn̄s liber\qui ꝯpendium theologice veritatiſ in
titulatur\nonſolū curā animaꝝ habentibus. verꝝ etiā omnibus viris
eccleſiaſticis.cuiuſcūqꝫ ordinis\dignitatis\aut ſtatus exiſtant\ vtilis
⁊ neceſſarius exiſtit.Et merito inter omnes alios libros eiſdem preci
puus eſſe debeat ⁊ familiariſſimꝰ. Cum ſuccinctim breuiterqꝫ ac ma-
giſtraliter totius theologie fideiqꝫ katholice ꝯplectatur fundamētuꝫ
⁊ principia.Sine quoꝝ ꝯgnitione nemo recte clericus\aut vix criſtia-
nus nuncupari meruit. Hanc que ſequit̄ tabulā remiſſoriam confeci.
Autoritates ⁊ materias notabiliores ſignando. Quibus habitis reli
qua mox abſqꝫ difficultate haberi pn̄t.cum totius huiꝰ opis materie
cohereant\ꝙ vna reperta ſtatim ſe alia aſpectui prebeat. Hinc opus
eſſe non cenſeo vt ſingule autoritates huic operi inſerte\tabule iſti in-
ſerantur.cum fere innumerabiles ſint.⁊ ſic potius ꝯfuſionem ꝙ dire-
ctionem inducerent.¶ Depoſt ſciendū ꝑmitto ꝙ pn̄s liber in ſeptē di
uidit̄ libros partiales.Et quiuis libroꝝ in plura partit̄ capitula\ ſm
ꝓprios capl'oꝝ titulos.Vt patet circa quorūlibet ſeptem libroꝝ inicia
Primus ſiquidē liber.xxxiiij.Secundus.lxvj.Tercius.xxiiij. Quartꝰ
xxiiij.Quintus.lxviij.Sextus.xxxvij.Septimꝰ.xxx.ꝯtinet capl'a.Pre
terea ſciendū ꝙ ꝓpter ꝓlixitatem capituloꝝ ſingula diſtinxi capl'a in
tres partes.principiū videlꝫ mediū ⁊ finem. ne pigeat quēꝗ̄ ſemꝑ vi
dere aut ꝑcurrere totum capl'm ꝓpter certam autoritatem ſiue allega
cōem.Ideo partes capituloꝝ ſic diuiſi.remittendo qn̄qꝫ ad principiū
qn̄qꝫ ad medium.qn̄qꝫ ad finem capituli.Nōnunꝗ̄ etiā vſus ſum illis
verbis circa principium.ſimilr̄ poſt principium.citra vel ante medium
Et tunc querendum eſt in prima parte capituli vſqꝫ ad medium.Cum
vero in hac tabula remiſſoria inuenitur circa medium.aut poſt mediū
vel vltra ſiue prope medium.Tunc querendum eſt in ſecunda parte ca
pituli ad quod remittit̄.Si aūt in hoc regiſtro ſignat̄ circa finem aut
prope vel ante finem. Tunc querendū eſt in vltima parte capituli de
quo memorat̄. ¶ Vltimo notandum ꝙ ſepius in hac tabula regiſtrali
in fine alicuius autoritatis addit̄ eodē libro.⁊ qn̄qꝫ vbi ſupra vel ibi-
dem.Qn̄ inuenit̄ eodem libro\ tunc videndum erit in allegatione ſeu
autoritate ꝑcedenti in quo libro inueniat̄ ⁊ in eodem libro inuenit̄ illa
circa quā addit̄ eodē libro.Exemplū accipe circa lrām A.Vt amoris

conditiones libro.v.capitulo.xxiiij.circa mediū. Et habetur in registro alia allegatio imediate sequens. Amoris distinctōnes eo.li.ca.xxiij. a prin. quare in hoc querendum erit libro.v.ꝓpter autoritatē ꝑcedentē que ibidem reperitur. Et ita fac in omnibus similibus. Ubi autem ponitur in fine alicuius autoritatis siue allegationis. vbi supra\ vel ibidem\ tunc querendum erit eodem libro ꝛ capitulo cuius comp̄hendi-tur ꝑcedens autoritas vel allegatio. Exemplū de lr̄a A post illam autoritatem seu allegacōem Amoris distinctōes. habetur imediate Amor karitas ꝛ dilectio dn̄i. Et addit\ vbi supra quasi circa medium. Ideo de hoc querendō est li.v.ca.xxiij.q2 ibidē inuenitur allegatio ꝑcedēs immediate. nisi adderetur\ in fine ibidem\ vel vbi supra\ aliud capl'm q̄ id qō positum est circa allegacōem ꝑcedentem. q2 tunc querendū esset in libro signato circa ꝑcedentem allegacōem ꝛ in capl'o addito Exemplū accipe de lr̄a a. q2 ibidē inuenitur Acidia qn̄ sit pc̄m̄ mortale ꝛ qn̄ veniale. addit in fine vbi supra ca.xxij. Ergo de hoc querendū erit li.iij.ꝛ in ꝑdicto.xii. eiusdem libri capl'o. q2 in tercio libro repitur allegatio imediate ꝑcedēs. ꝛ ita seruandū erit in alijs ꝑ oia. Sequitur de lr̄a A.

Absoluere quis possit li.vj.ca.xxv.vltra medium
Accidentia aīe quō trāsmutent corp9 li.ij.ca.xv.citra me.
Actio corporalis vel spūalis in quē finem referri debet li.v.ca.xv.versus finem
Acidia quid sit\ ꝛ de filiab9 ei9 li.iij.ca.xviij.a prin.vsqz ad medium
Acidia multa mala facit vbi supra a medio capl'i vsqz ad finem
Acidia qn̄ sit pc̄m̄ mortale ꝛ qn̄ veniale vbi.s̄.ca.xxij.circa medium
